expositione transcurrimus · et per allegoriam


quedam typica investigatione perscru-
tamur / quedam per sola allegorice mo-
ralitatis instrumenta discutimus
nonnulla autem per cuncta simul sollicitius
exquirentes indagamus · Primum Ca 3
quidem fundamenta historie ponimus · de-
inde per significationem typicam in ar-
cem fidei fabricam mentis erigimus ·
Ad extremum quoque per moralitatis gratiam
quasi superducto edificium colore ve-
stimus · Vel certe quid veritatis dicta ni-
si reficiende mentis alimenta cre-
denda sunt · Que nos modis alternatibus
disserendo / multiplici ferculo oris
offerimus / ut invitati lectoris quasi co-
nvive nostri fastidium repellamus · qui
dum sibi multa oblata considerat · quod
elegantius decernit assumat · Ali-
quando vero aperte exponere historie verba
negligimus · ne tardius ad obscura
veniamus · aliquando autem intelligi iuxta
litteram nequeunt · quia superficietenus
accepta nequaquam instructionem legentibus
sed errorem gignunt · Ecce etenim dicitur
Sub quo curvantur qui portant orbem
Et de tanto viro quis nesciat quod nequa-
quam vanas poetarum fabulas sequens
ut mundi molem subvehi gigantео
sudore suspicaretur · Qui rursus pressus
percussionibus dicit · Elegit suspen-
dium anima mea et mortem ossa mea
Et quis recte rectum sapiens credat
virum tanti preconii quem videlicet con-
stat ab eterno iudice premia pro
passione virtutis recipere · decrevisse
inter verbera vitam suspendio finire ·
Aliquando etiam ne fortasse intelligi
iuxta litteram debeat / ipsa se verba
littere impugnant · Ait namque · Pereat
dies in qua natus sum · et nox in qua
dictum est conceptus est homo · Et pau-
lo post subiecit · Occupet eum caligo
et involuatur amaritudine / atque in
eiusdem noctis maledictione subiungit
Sit nox illa solitaria · Que nimirum
nativitatis dies · ipso implicitu temporis
evolutus stare non poterat · Quo igitur
pacto ipsum impoliri amaritudine
optabat qui elapsus · iam quippe non
erat / et tamen si in rerum natura subsisteret
sentire amaritudinem nequaquam posset
Constat ergo quod nullomodo de die sensibili
dicatur quia sensu perculsus amaritudinis op-
tatur · Et si conceptionis nox reliquis no-
ctibus quieta discesserat · quo pa-
cto hanc fieri solitariam exorat
que ut a lapsu temporis figi non potuit
ita etiam nec a reliquarum noctium
quinctione separari · Que rursum dicit · Usque
non parcis michi nec dimittis me ut


glutiam salivam meam. Et paulo superius dixerat: Que prius nolebat tangere anima mea, nunc pre angustia cibi mei sunt. Quis autem nesciat salivam
Ca 2 facilius posse glutiri quam cibum? [illegible] itaque se sumere cibum denunciat, incredibile est valde quo ordine glutire salivam negat. Atque iterum dicit: Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? vel certe: Consumere me vis peccatis adolescentie mee. Et tamen alia responsione subiungit: Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Quo igitur pacto a corde suo minime in omni vita reprehenditur, qui peccasse se publica voce testatur? Neque enim sibi unquam conveniunt culpa operis et reprehensibilitas cordis. Sed nimirum verba littere dum collata sibi convenire nequeunt, aliud in se aliquid quod queratur ostendunt, ac si quibusdam vocibus dicant: Dum nostra nos conspicitis superficie destrui, hoc in nobis querite quod ordinatum sibi et congruens apud nos valeat intus inveniri. Aliquando autem qui verba accipere historie iuxta litteram negligit, oblatum sibi veritatis lumen abscondit, cumque laboriose invenire in eis aliquid interius appetit, hoc quod foris sine difficultate assequi poterat amittit. Sanctus namque vir dicit: Si negavi quod volebant pauperibus, et oculos vidue expectare feci; si comedi buccellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea; si despexi pereuntem eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latera eius, et de velleribus ovium mearum calefactus est. Que utique si ad allegorie sensum violenter inflectimus, cuncta eius misericordie facta vacuamus. Divinus etenim sermo sicut misteriis prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refovet. Habet in publico unde parvulos nutriat, servat in secreto unde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluvius, ut ita dixerim, planus et altus, in quo et agnus ambulet et elephas natet. Ut ergo uniuscuiusque loci oportunitas postulat, ita se per studium ordo expositionis immutat, quatenus tanto verius sensum divine locutionis inveniat, quanto ut res quaeque exegerit per causarum species alternat. Quia vero expositionem recensendam tue beatitudini non quasi velut dignam debui, sed quia te petente meam promisisse transmisi, in qua quicquid tua sanctitas tepidum incultumque reperit, tanto mihi celerius indulgeat, quanto hoc me egrotum dictare non recusat. Nam dum molestia corporis atteritur, afflicta mente etiam dicendi studia languescunt. Multa quippe iam annorum curricula devolvuntur, quod crebris viscerum doloribus crucior, horis momentisque omnibus fracta stomachi virtute lassesco, lentis quidem sed tamen continuis febribus anhelo. Inter que dum sollicitus penso, quod scriptura teste omnis filius qui a deo recipitur flagellatur, quo malis presentibus durius premor, eo de eternis certius presumptione respiro. Et fortasse hoc divine providentie fuit, ut percussum Iob percussus exponerem, et flagellati mentem melius per flagella sentirem. Sed tamen recte considerantibus liquet quia adversitate non modica laboris mei studiis in hac molestia corporis obsistit, quia dum carnis vires colloquendis ministerium exhibere vix sufficiunt, mens digne intimare non potest quod sentit. Quid namque est officium corporis nisi organum cordis? Et quamlibet peritus sit cantandi artifex, explere artem non valet nisi ad hanc sibi ministeria exteriora concordent. Quia nimirum canticum quod docta manus imperat, conquassata organa rite non resultant, nec artem flatus exprimit si scissa rimis fistula stridet. Quanto itaque gravius expositionis mee qualitas premitur, in qua dicendi gratiam sic fractura organi dissipat, ut hanc peritie ars nulla componat. Queso autem ut huius operis dicta percurrens in his verborum folia non requiras, quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuose loquacitatis levitas studiose compescitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti procul dubio scimus quia quotiens male lete segetis culmi proficiunt, minori plenitudine spicarum grana turgescunt. Unde et ipsam loquendi artem quam magisteria exterioris discipline insinuant, servare despexi. Nam sicut huius quoque epistole tenor enuntiat, non metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, situs motusque etiam prepositionum casusque servare contempno, quia indignum vehementer 38 d.
existimo ut verba celestis oraculi sub regulis restringam Donati. Neque enim hec ab ullis interpretibus in scripture sacre auctoritate servata sunt. Ex qua nimirum quia nostra expositio oritur, dignum profecto est ut quasi soboles speciem sue matris imitetur. Novam vero translationem dissero, sed cum probationis causa exigit, nunc novam nunc veterem per testimonia assumo, ut quia sedes apostolica, cui auctore Deo presideo, utraque utitur, mei quoque labor studii ex utraque fulciatur. Amen


Nond' q istud qd pom' infra m e
d' integritate libri moralium sz c°
q' reposito in bem in quoda titulo
septu Btus Gregorius gpilanat
multa fere mille volumia libroz
pg morte vo illig st cremata
Habuit em btus Gregorig ca
pellanu vt quida dicunt petru
Cardinale · cui rndebat ad intro
gata z soluebat vt pz in libro
dyalogoz ipius bti Gregorij Q'
capellang videns btm Gregoriu
tam multa fecisse ac opari q a
multis scriptoribg pnunciabat btus
Gregorius / cogitabat quo vl vn
hc habet Quoda tpe noctis vidt
lumen ee in camera bti Gregorij
Q' cu respiceret p rima siue fora
men parietis · vidit quo btus
Gregorius scbit sedes · z colu
bus valde albg sedet bto Gre
gorio in humeris immurans ei ad
aure Tuc bts Gg in spu cgnuit
q capellag ista vidisst · z pcepit
ei dicens Vide ne cuiqz dixeris
q columbg ille fuit spus scus q'
me docebat Et hc scias p cto q
quencqz alicui ista visioe reue
labis · q eadem die morieris Ad
capellag valde sb taciturnitatis
clausula tenuit / Pg mortem
vo bti Ggorij · surrexerūt qdam
mali cardinales · q' odio hnerūt
btm Gregoriu / tuc dicebat q
eig libri quos gpilauit meram
hesim z falsitate gtinent / z
ceperunt pdca volumia cremare /
z cu ia multa volumia fuissent
cremata · tuc iste capellang
veniens in mediu dixit Nolite
face nolite Scitote q spu sco
st dictati libri / z narrat eis qd
viderat z dixit Dustmete si ego
die tcia no moriar tuc st libri
mali Si aut moriar die tcia
scitote q sut libri ex spu sco di
ctati / Tuc venit dies tcia z iste
capellag acceptg / est febribg
validis z sumpto celesti viatico
mortug e / vt pdixit s' btus Gg
ita fcm e / Et pmo respexerūt
qda boni cardinales z integri li
bros ipig q' remanserat z dolue
rūt z pniaz egerūt · Et d' q r'
moralium · dyalogoz · z sup biblia
gloza · pastorale · omelie · Regi
stru officioz Et sciend' etia q
audiui ego a doctore sacre pa
gine q Liber moralium tante e
auctoritat in sua expositione

sic ht scta mr eclia aliqd origia
le / Lgr ut ide magr z doctor dixit
btus Greggoriq volens exponere
libru iob · fere tota sacra scip
turā exposuit O rogo vos legite
z in eo et intelligite z inveietis
requiem aiabz vris Amen









Iter m
btī Job
moysen
scptore
[illegible]mia ē
de stirp
filio pe
scbit h
si tpa
pfto sa
supioib
pq sen
alia su
z illic
cristen
go an
ticoz m
du qda
sen ge
ti scpt
tint a
pta ed
historı
pla m
ē scpto
aphtis
tam m
tint i
ad su
scpseri
cū tn
rarit
scbend
illius
scbent
fra fi
viri s
ea qz
quere
eplari
gnosce
carū
re Cy
aptor
sceptor
opio l msi le
bg ac scrutā
gditore p iden
h9 opis pugne
Ca. gesta
mone
Job v
Voris
Nū xij q scbu
loqnt
Erat
oms h
Joh viij Johnes
luc vij lugeba
ambl

Inter multos sepe queritur quis libri a
beati Job scriptor habeatur. Et alii quidem
Moysen, alii vnumquemlibet ex prophetis
scriptorem huius operis fuisse suspicantur.
Quia enim in libro Geneseos Jobab
de stirpe Esau descendisse et Bale
filio Beor in regnum successisse de-
scribitur, hunc beatum Job longe ante Moy-
si tempora extitisse crediderunt, morem
profecto sacri eloquii nescientes, quia in
superioribus suis partibus longe solet breuiter
post secutura perstringere, cum studet ad b
alia subtilius enumeranda. Unde
et illic Jobab prius quam reges in Israel
extiterint fuisse memoratur. Nequaquam
ergo ante legem extitisse cognoscitur, qui Israeli-
ticorum iudicum tempore fuisse signatur. Quod
dum quidam minus caute considerant, Moy-
sen gestorum illius qui longe ante posi-
ti scriptorem putant, ut videlicet is qui po-
tuit ad eruditionem nostram legis pre-
cepta edere, ipse credatur etiam ex gentili
historia viri virtutis ad nos exem-
pla mandasse. Nonnulli vero ut diximus
esse scriptorem huius operis vnumquemlibet de
prophetis arbitrantur, asserentes quod nullus
tam mistica dei verba cognoscere po-
tuit nisi cuius mentem prophetie spiritus
ad superna sublevauit. Sed quis hec c
scripserit valde superuacue queritur,
cum tamen auctor libri spiritus sanctus ve-
raciter credatur. Ipse igitur hec scripsit qui hec
scribenda dictauit. Ipse scripsit qui et in
illius opere inspirator extitit et per
scribentis vocem imitanda ad nos eius
facta transmisit. Si magni cuiusdam
viri susceptis epistolis verba legeremus,
ea quo calamo fuissent scripta
quereremus, ridiculum profecto esset si non
epistolarum auctorem scire sensumque co-
gnoscere studeremus, sed quali calamo
earum verba impressa fuerint indaga-
re. Cum ergo rem cognoscimus eiusque
auctorem rei spiritum sanctum teneamus, quia
scriptorem querimus quid aliud agimus
opinio b. Greg. de conditore huius operis nisi legentes litteras de calamo per- verius
scrutamur. Arbitrari tamen possumus
quod idem beatus Job qui certamina spiritualis
pugne sustinuit, etiam consummata B
Ca 2 gesta sue victorie narrauit. Nec
mouere debet quod in eodem libro dicitur: Dixit
Job, vel Hec atque illa pertulit Job.
Moris enim scripture sacre est ut ipsi
qui scribunt sic de se in illa quasi de aliis
Numeri xij loquantur. Hinc est enim quod Moyses ait:
Erat Moyses vir mitissimus super
omnes homines qui morabantur in terra. Hinc
Joh vlt Johannes dicit: Discipulus ille quem di-
Luc vlt ligebat Ihesus. Hinc Lucas ait quod
ambularent duo ex discipulis in

via Cleophas et alius. Quem profecto alium
dum tam studiose tacuit, ut quidam dicunt,
se ipsum fuisse monstrauit. Scriptores igitur
sacri eloquii quia impulsu sancti spiritus a-
gitantur, sic de se in illo testimonium tamquam
de aliis proferunt. Sanctus ergo spiritus per
Moysen locutus est de Moyse, spiritus
sanctus per Johannem locutus est de Johanne.
Paulus quoque quia non iam ex ipso loqueretur 2 Cor vlt
insinuat dicens: An experimentum
queritis eius qui in me loquitur Christus?
Hinc est quod angelus qui Moysi apparuis- Numeri et Deut.
se describitur, modo angelus, modo dominus
nominatur. Angelus videlicet propter hoc quia
exterius loquendo seruiebat; dominus autem
dicitur quia interius presidens loquendi effica-
ciam ministrabat. Cum ergo loquens ab
interiori regitur, et per obsequium an-
gelus et per inspirationem dominus nominatur.
Hinc Dauid ait: Attendite populus ps
meus legem meam, inclinate aurem
vestram in verba oris mei. Non enim
Dauid lex aut populus Dauid, sed personam
eius ex quo loquebatur assumens
ipsius auctoritate loquitur cuius in-
spiratione replebatur. Cotidie hoc fi-
eri in ecclesia cernimus, si vigilanter in- f
tuemur. Nam stans in medio populi
lector clamat: Ego sum deus Abraham Exo iij
et deus Ysaac et deus Iacob. Et quod ipse
sit deus verus profecto non dicit. Nec tamen per hoc quod
dicit veritatis regulam deserit, quia eius
ministerium in lectione exhibens eius dominium
voce pretendit. Itaque scriptores sacri
eloquii quia repleti spiritu sancto super se
trahuntur, quasi extra semetipsos fuerunt,
et sic de se sententias quasi de aliis proferunt.
Unde et beatus Job spiritu sancto afflatus g
potuit sua gesta que erant videlicet super-
ne inspirationis dona, non quasi sua
scribere, quia eo altius erant que loquebatur
quo homo loquebatur que dei sunt, et eo altius
que erant illius loquebatur quo spiritus
sanctus que hominis sunt loquebatur. Sed iam Ca 3 a
debemus ista postponere et ad consideran-
da sacre historie gesta properare.
Omnis homo eo ipso quo homo est suum debet homo ex conditione sui
intelligere auctorem, cuius voluntati tendit in
tanto magis seruiat quanto se quod conditorem suum
de ipso nihil sit pensat. Ecce autem
conditi deum considerare negligimus, adhi-
bita sunt precepta. Preceptis quia obtemperare
noluimus, adiunguntur exempla. Ipsa quoque
exempla imitari declinamus que edidisse
nos positos sub lege non positos
sub lege conspicimus. Ecce ei deus aperte
quibusdam sub lege positis locutus est,
quasi alienos nos ab eisdem preceptis
aspicimus, quibus hoc specialiter locutus non est.
Unde ad confutandam impudentiam nostram b

gentilis homo ad exemplum deducitur
ut quia obedire homo legi sub lege
positus despicit, eius saltem comparatione
compungatur qui sine lege legaliter
vivit. Erudiri ergo homini sine lege da-
ta est lex erudiri; etiam vero sub le-
ge adducitur testimonium eorum qui extra
legem sunt, ut quia conditionis nostrae or-
dinem servare noluimus praeceptis ad-
monemur; et quia praeceptis obedire
contempsimus exemplis confundamur. Ut
c igitur diximus eorum exterius quos lex a-
stringeret, sed quos lex a peccato nulla
cohibet erudiens sit nobis divina
providentia. Conveniat excusationis no-
strae undique conclusus est aditus ter-
giversationis humanae. Homo gentilis
homo sine lege ad medium deducitur
ut eorum qui sub lege sunt pravitas con-
Ysa. 23 e fundatur. Sed bene per prophetam ac breviter
dicitur: Erubesce Sidon ait mare. In
Sidone quippe figuratur stabilitas in
lege positorum; in mari autem vita gen-
tilium. Erubesce ergo Sidon ait ma-
re quia ex vita gentilium arguitur
vita sub lege positorum atque ex
actione saecularium confunditur actio reli-
giosorum dum illi etiam promittendo non
servant quae in praeceptis audiunt et isti
vivendo ea custodiunt in quibus nequa-
quam mandatis legalibus astringuntur.
Cuius vero auctorem liber iste sic perditos
ipsa sacri eloquii pagina arcet soliditas at-
testatur dum per Ezechielem prophetam dicitur
quod soli tres viri liberentur, Noe scilicet
Daniel et Job. Nec immerito inter ebreorum
vitas in auctoritatis reverentia vita
gentilis iusti adducitur: quia Redemptor
noster sicut ad redemptionem Iudaeorum et genti-
lium venit ita se Iudaeorum et genti-
lium vocibus prophetari voluit ut per
utrumque populum praedicaretur qui pro utroque
f populo quandoque pateretur. Vir itaque iste
summis virtutibus fultus, sibi notus erat
et Deo; qui si non flagellaretur a nobis
nullatenus agnosceretur. Virtus quippe
etiam se per quietem exercuit: sed virtu-
tis opinio commota per flagella fra-
gravit. Et qui quietus in seipso quod erat
continuit commotus ad notitiam omnium
odorem suae fortitudinis aspersit. Sicut enim
unguenta redolere latius nesciunt
nisi commota, et sicut aromata fra-
grantiam suam non nisi cum incenduntur
expandunt, ita sancti viri omne quod
in virtutibus redolent in tribulationibus
innotescunt. Unde et recte dominus in evangelio
dicit: Si habueritis fidem ut granum sina-
pis, dicetis huic monti: transi hinc,
et transibit. Granum quippe sinapis

nisi conteratur nequaquam vis virtutis eius
agnoscitur; nam non tritum leve est, si
vero conteratur inardescit, et quod in se a-
cerrimum latebat ostendit. Sic unus-
quisque vir sanctus cum non pulsatur despi-
cabilis ac levis aspicitur; si qua
vero illum tritura persecutionis opprimit,
mox omne quod calidum sapit ostendit,
atque in fervore virtutis vertitur quicquid in
illo ante despicabile infirmumque vi-
a debatur: quod quippe in se per tranquillitatis tem- La. 1
pora libens operuerat exagitatus est
tribulationibus coactus innotescit. Unde per
prophetam bene dicitur: In die mandavit dominus misericordiam
suam et nocte declaravit. Misericordia enim domini
in die mandatur quia in tranquillo tempore cogno-
scendo percipitur; in nocte vero declaratur
quia donum quod in tranquillitate suscipitur in tri-
bulationibus manifestatur. Sed subtilius
perscrutandum est cur tot flagella per-
tulit qui tantam virtutum custodiam sine
reprehensione servavit. Humilitatem quip-
b pe servavit quia ipse testatur: Si con-
tempsi iudicium subire cum servo meo
et ancilla mea cum disceptarent ad-
versum me. Hospitalitatem exhibuit
sicut ipse perhibet dicens: Foris non man-
sit peregrinus; ostium meum viatori
patuit. Disciplinae vigorem tenuit
sicut ipse indicat dicens: Principes cessa-
bant loqui et digitum superponebant ori
suo. Mansuetudinem in rigore tenu-
it et custodivit sicut ipse fatetur dicens: Job 29
Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu
eram tamen maerentium consolator. Eleemo-
sinarum largitate amplexatus est sicut
ipse insinuat dicens: Si comedi buccel- Job 31
lam meam solus et non comedit pupil-
lus ex ea. Cum igitur omnia mandata per-
ficeret, unum ei deerat ut etiam flagel-
latus gratias agere sciret. Notum erat quia
servire Deo inter dona noverat, sed di-
gnum fuit ut districtio severitatis
inquireret utrum devotus Deo inter fla-
gella permaneret. Poena quippe inter-
rogat si quietus quis veraciter amat. Cuius
hostis quidem ut deiceret petiit sed ut
proficeret accepit. Fieri enim Dominus benigne
permisit quod diabolus inique postulavit.
Nam cum idcirco eum expetisset hostis ut
consumeret, temptando egit ut eius me-
rita augeret. Scriptum quippe est: In omnibus Job 1
his non peccavit Job labiis suis. Et quidem
quaedam verba responsionis illius imperitis
lectoribus aspera resonant quia sanctorum dicta
pie intelligere sic dicunt ignorant;
et quia animum dolentis et iusti in semet
ipsis assumere nesciunt, ideo doloris
verba bene interpretari non possunt. Mente
quippe patientis bene pensare noverunt

condescensio passionis. Credunt enim beatum Iob in suis sermonibus deliquisse, minus caute intuentes quia si beatum Iob culpasse redarguunt, sententiam etiam de eo Domini reprehendisse se testantur. Diabolo namque a Domino dicitur: Considerasti servum meum Iob quod non sit similis ei super terram, vir simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo. Cui mox a diabolo respondetur: Numquid frustra Iob colit Deum? Nonne tu vallasti eum et cuncta quae substantiae eius sunt? Sed mitte manum tuam et tange eum, si non in faciem benedixerit tibi. Hostis quippe in beato Iob vires suas exercuit, sed tamen contra Deum certamen assumpsit. Inter Deum itaque et diabolum Iob materia certaminis fuit. Quisquis ergo sanctum virum inter flagella positum dictis suis peccasse vel excessisse asserit, quid aliud quam Deum, qui pro illo proposuerat, perdidisse vel excessisse reprehendit? Ipse quippe in se tentandi causam suscipere voluit, qui eum et ante flagella praetulit et perferentem per flagella tentari permisit. Si ergo Iob excessisse dicitur, laudator eius succubuisse videtur et perhibetur. Quamvis eum illata eius deliquisse etiam dona testentur. Quis enim nesciat quod culpis non praemia sed poenae debeantur? Qui ergo duplicia quam amiserat recipere meruit, ex remuneratione edocuit quia nequaquam vicium sed virtus fuit omne quod dixit. Ad haec adhuc adiungitur quod ipse pro amicis delinquentibus intercedit. Nudus ergo ostenditur de se quia emundationem obtinere potuit pro aliis. Sed vero hoc quibusdam displicet quod bona sua ipse narravit. Sciendum est quia inter tot rerum damna, inter tot corporis vulnera, inter tot pignorum funera, amicis ad consolationem venientibus et ad increpationem prorumpentibus, de vita sua desperare cogebatur. Et qui tot detrimenta afflixerant, contumeliosa insuper increpationum verba feriebant. Hi namque qui ad consolationem venerant, dum quasi eius iniustitiae exprobrant, desperare de semetipso funditus compellebant. Ergo bona sua ad mentem revocat, non se per iactantiam elevat, sed quasi collapsum inter verba et vulnera ad spem animum reformat. Graviori enim desperationis telo mens percutitur cum superne irae flagellis premitur et linguarum foris opprobriis premi urgetur. Sanctus igitur Iob dum tot dolorum iaculationes [illegible] dum labefactari per opprobria timuit, ad statum suae fiduciae ex ante acta vita confirmando roborat. Nequaquam ergo in arrogantiae vicium cecidit, quia

contra mentem desperationis impulsum per exteriora percutientium suorum verba pugnavit, ut dum bona quae fecerat diceret, nequaquam de bono quod quaesierat desperaret. Sed iam ipsum nunc ordinem tentationis eius exquirimus. Inimicus saeviens et sancti viri validissimum pectus debellare contendens, cunctas contra eum machinas tentationum erexit: abstulit substantiam, interfecit filios, percussit corpus, instigavit uxorem, amicos ad consolationem adduxit, sed in asperitate vel aspirationem increpationis excitavit. Alium quoque amicum duriores increpationis in extrema tactione invectione servavit, ut saltem crebrius feriendo cor attingeret, quod novo semper vulnere iteraret. Quia enim in saeculo potentem vidit, damnis rerum eum movere credidit. Quem non genuflexum ex filiorum morte pulsavit. Videns autem quia ad augmentum divinae laudis etiam ex vulnere enituit, petiit feriendam corporis salutem. Intuens etiam quod per dolorem corporis pervenire nequiverat ad passionem mentis, instigavit uxorem. Civitatem quippe quam expugnare appetiit nimis immunitam vidit; ideo extrinsecus tot plagas inferens quasi foris exercitum admovit. Animum vero uxoris verbis male persuasionis accendens, quasi intus civium corda corrupit. Ex bellis enim exterioribus discimus quid de interioribus sentiamus. Inimicus namque saeviens et urbem circumfusis exercitibus vallans, si eius munimina invicta conspexerit, ad alia se pugnandi argumenta convertit, ut intus etiam quorundam civium corda corrumpat: quibus cum extrinsecus impugnatores admovet, intrinsecus quorum habeat adiutores atque in consensione belli foras certamine de quorum intus fide confidit, eorum perfidia urbs destituta capiatur. Itaque extrinsecus quasi ariete constituto murum civitatis istius tot ictibus percussit, quot vicibus adversa nuntiat. Intus autem quasi civium corda corrupit, dum fortia urbis huius munimina persuasione destruere contingens studuit. Foris ita admovit belli impetum, intus autem venena consilii, ut tanto citius urbem caperet quanto eam extrinsecus intus quod turbaret. Sed ergo ad nonnumquam plus contumeliis verba quam vulnera sanctorum mentem est feriunt linguis armavit: quia quod seniores erant de eorum verbis minus dolere poterat, Heliu iunior subrogatur, ut sancti pectus tanto acriori vulnere percuteret, quanto contra eum ictus brachii vilioris

Satan exercuit Iob octo modis tentandi

Virtute omnia [illegible] manifestat

l l c

excitaret. Ecce ad feriend' invictis
sim robur inimicus semel quot temptatio-
num iacula invenit: ecce quot obsi-
dionum machinamenta composuit.
ecce quot percussionum tela transmisit.
sed in hiis omnibus mansit intus imperterri-
ta; stetit civitas inconcussa. Vi-
det hostes cum quorum facie venerunt. ali-
os ex occulto transmittere qui eo licentius
latus pungerent feriant quo iste quos pungit
intentius venientes hostes contra fa-
Cap. 9. c a ciem spectat. Igitur iob in hiis certaminibus bel-
lo deprehensus: suscepit dampna quasi ho-
stes contra faciem. sustinuit verba conso-
lacionum quasi hostes ex latere. sed in hiis
der pacientia pugnantis iob et de diversis generibus percussionum omnibus centuriato civitatis suo clipeo
ubique inimicis astitit. ubique venien-
tibus gladiis vigilans obviavit:
amissa substantiam tacite despicit. car-
nem in filiis mortuam equanimiter do-
let. carnem in se percussam patienter
tolerat. carnem in coniuge male
suadentem sapienter docet. Insuper
amici in asperam correptionem prosiliunt.
et per sedando dolores venientes virum do-
b loris adiungunt. Omnia ergo machinamen-
ta temptacionum viro sancto virtutis ad aug-
mentum virtutum proficiunt quia per vulnera quippe probatur eius
pacientia per verba vero exercetur sapientia. ubique
Cap. x fortis occurrit. quia et flagella robore
Amici beati iob in hoc peccaverunt, quod crediderunt eum forte peccasse; peccaverunt per ignoranciam utique et non per malitiam. et verba ratione superavit. Amici vero eius
qui ad consolacionem eius que venerunt sed
usque ad verba increpacionis excedunt.
ignorantia magis credendi sunt quam ma-
licia deliquisse. Neque enim tantum virum
amicos iniquos habuisse credendum est.
sed dum discernere causam flagellorum
c nequeunt in culpam dilabuntur. Percussio-
num quippe diversa sunt genera. Alia nam-
que est percussio qua peccator percutitur ut
sine retractione puniatur. alia qua
peccator percutitur ut corrigatur. alia qua
nonnumquam quisque percutitur non ut preterita
corrigat sed ne ventura committat.
Aliquando vero percutitur per quam nec preterita cul-
pa corrigitur. nec futura prohibetur. sed
dum inopinata salus post percussionem sequitur ut
salvantis virtus cognita ardentius amet-
tur innoxius flagello atteritur et per
pacientiam meritorum summa cumuletur. Ali-
d quando enim peccator percutitur ut sine retracti-
one puniatur. sic peritum. Unde dicitur: Pla-
Ier. xxx ga inimici percussi te castigacione
Ibidem iiii crudeli. et rursum. Quid clamas ad
me super attricione tua. insanabilis
est dolor tuus. Aliquando peccator percutitur
ut corrigatur. sicut eidem in ewangelio
Ioh. v dicitur: Ecce sanus factus es iam noli pec-
care ne deterius tibi aliquid contingat.
verba enim salvantis indicant quia

peccata precedentia vim habiti doloris exi-
gebant. Aliquando quisque non pro preterita cul-
pa diluenda. sed pro futura vitanda percu-
titur: quod aperte paulus de semetipso
testatur dicens: Ne magnitudo revela- 2 Cor. xii
cionum extollat me datus est michi
stimulus carnis mee angelus sa-
thane qui me collaphizaret. Qui ei-
tum non ait. quia extulit. sed ne extol-
lat. aperte indicat quod percussione ista
eveniat compescitur. non autem quod evenit
c culpa purgatur. Nonnumquam vero quisquam
nec pro preterita nec pro futura culpa percutitur
sed ut sola divine virtutis potentia ex
amputata percussione monstretur. Unde Ioh. x
cum domino in ewangelio de ceco nato diceretur:
Hic peccavit aut parentes eius ut ce-
cus nasceretur: respondit dominus dicens: Ne-
que hic peccavit neque parentes eius
sed ut manifestentur opera dei in illo
In qua flagellacione quid agitur nisi maiore
ut ex flagellacione merito virtus au-
geatur. et cum nulla preterita iniquitas ter-
gitur. de magna pacientia fortitudo generetur.
f Quod idem beatus iob profert primus
voce indicatur. et post manum committi
temptatoris. Quem postquam flagellum domini dum
remuneratus familiarius alloquitur
apte quantum de verbere creverit indicatur
Amici ergo beati iob dum percussionum Iob quare flagellatur
genera distinguere nesciunt percussum pro
culpa crediderunt. Et dum deum in-
iustum in percussione sua conantur
asserere. beatum iob compulsi sunt de in-
iusticia reprobare nescientes utique quod
ideo flagellatus fuerat ut pro
flagello eius divine glorie laus cre-
sceret non autem ut per flagella peccata
que nequaquam commiserat emendaret
g Unde et ad veniam citius redeunt
redeunt quia ignorantia potius quam ma-
licia peccaverunt. quorum superbia
divina iusticia eo vehementius
humiliat quo nequaquam eos ad sua
gratiam nisi per eum quem despexerant re-
formas. Valde quippe elata mens 
ut retundi. subici super quem se extu-
lit supponatur. Sed libet intueri hec C X
mira divine dispensacionis opera
cernere. quo ad illuminandam noctem
vite presentis astra queque suis vicibus
in celi faciem veniant. quousque
in fine noctis redemptor humani generis
quasi verus lucifer surgat. Nocturnum
namque spacium dum decedentium succe-
dentium stellarum cursibus illuminatur illu-
stratur magno celi decore peragitur. Ut
ergo noctis nostre tenebras suo tempore
editus vicissim quia permutatus stella-
rum radius tangeret: ad ostendenda

innocentia venit abel ad docenda
mundicia actionis venit enoch ad
insinuanda longanimitate spei venit
et operis venit noe ad manifestanda
obedienciam venit abraham ad demon-
stranda coniugalis vite castimoniam venit
ysaac ad insinuanda laboris tole-
rantia venit iacob ad rependen-
da pro malo bone retribucionis graciam
venit ioseph ad ostendenda mansue-
tudinem venit moyses ad informan-
da contra adversa fiducia venit iosue
ad ostendenda inter flagella paciencia
venit iob Ecce quam fulgentes stellas cernimus
in celo eminus ut inoffenso pede o-
peris iter nostre noctis ambulemus Nam
quanto homines divina dispensacio
quot iustos exhibuit quasi tot astra
super peccancium tenebras celum mi-
sit quousque verus lucifer sur-
geret qui eterni nobis mane nuncians
stellis ceteris clarius ex divinitate
radiaret quia electi omnes dum bene
vivendo preveniunt et rebus et vocibus prophe-
tando promiserunt Nullus etenim iu-
stus fuit qui non eius per figuram nun-
cians extitit Dignum quippe erat
ut in semetipsis bonum sit deus ob
ostenderent de quo et omnes boni essent
et prodesse omnibus sciret Unde et sine
cessacione promitti debuit quod et sine
estimacione dabatur prepari et sine fi-
ne retineri ut simul omnia secula dice-
rent quod in redempcione communis seculorum fi-
nis exhiberet Unde necesse fuit ut et
beatus iob qui tanta incarnacionis
misteria protulit eum quem voce dice-
ret ex conversacione signaret et per ea que
protulit que passurus esset ostenderet tan-
to quam verius passionis illius sacramenta
predicaret quanto hoc non loquendo tantum
sed et paciendo prophetaret Sed quia re-
demptor noster unam se personam fecit cum
ecclesia quam suscepit exhibuit De
ipso enim dicitur Qui est caput omnium nostrum
Et de ecclesia scriptum est Corpus christi quod
est ecclesia Quisquis eum in semetipso
signat modo hunc ex capite modo ex
corpore designat Modo hunc ex capi-
te modo ex corpore designat ut non
solum voce capitis sed et corporis te-
neat Unde et ysaias prophetae eiusdem domini
verba exprimens ait Quasi sponso
imposuit mihi mitram et quasi sponsam
ornavit me ornamento Quia ergo
ipse sponsus in capite ipse est in corpore
sponsa necesse est ut cum nonnumquam quod
de capite dicitur sensim subito et ad
vocem corporis declinetur Et rursum
cum de corporis voce dicitur repente ad

Capitulum xxi

voce capitis ascendatur Beatus ergo iob
venturi cum suo corpore typum redemptoris
insinuat Uxor vero eius que eum ad ma-
ledicendum provocat vitam carnalium
designat qui intra sanctam ecclesiam positi mo-
ribus incorrectis quo propinquiores per fidem bonis in-
sunt eo per vitam eos durius premunt
quia dum quasi fideles vitari non possunt a
fidelibus quanto detinentur tanto et
intimius tolerantur Amici vero eius qui
dum consulunt offendisse inveniuntur he-
reticorum fidem exprimunt qui sub specie consu-
lendi agunt negocium seducendi Unde
et ad beatum iob quasi pro domino locuntur sed
tamen domino non approbantur quia videlicet omnes
heretici deum dum defendere nituntur
offendunt Unde eis apte et ab eodem
viro sancto dicitur Disputare cum deo cupio
prius vos ostendens fabricatores menda-
cii et cultores perversorum dogmatum
Constat ergo eos hereticorum typum er-
rando gerere quos sanctus vir redar-
guit de cultum perversorum dogmatum
definire Omnes vero heretici in eo quod deum
defendere nituntur veritati illius adversantur
psalmista attestante qui ait Ut destruas
inimicum et defensorem Inimicus quippe
et defensor est qui deum quem predicat
impugnat Illa quia beatus iob spem ve-
turi redemptoris teneat eciam nomine
demonstratur Iob quippe interpretatur dolens
Quo nimirum dolore vel redempcionis passio
vel sancte ecclesie labor exprimitur que
multiplicibus presentis vite fatigacionibus torquetur
Amici quoque eius ex vocabulo nominis me-
ritum sue indicant actionis Nam eli-
phaz latina lingwa dicitur dei contemp-
tus Et quid aliud heretici faciunt nisi quod
dum falsa de deo senciunt eum superbiendo
contempnunt Baldad interpretatur vetustas
sola Bene autem omnes heretici in hiis que
de deo locuntur dum non intencione recta
sed appeticione temporalis glorie videri predi-
catores appetunt vetustas sola
nominantur ad loquendum quippe non zelo novi
hominis sed vite veteris pravitate concitantur
Sophar quoque latino sermone dicitur dissipacio
spectaculi vel speculatorem dissipans Mentes
namque fidelium ad contemplanda
superna se erigunt Sed dum hereticorum
verba pervertere recta contemplantes appe-
tunt speculam dissipare conantur In tri-
bus itaque iob amicorum nominibus tres
hereticorum meritum prediccionis casus exprimuntur
Nisi ei deum contempnerent nequa-
quam de eo perversa sentirent Et nisi
vetustatis errorem contraherent in nove
vite intelligencia non errarent Et nisi spe-
culacionem bonorum destruerent nequaquam
eos ad superna iudicia tam stricto

Iob significat xpm uxor eius homines carnales Amici vero hereticos

Nota quod heretici sunt seductores

Iob xiii

Nota iob interpretatur quid significat

Ysa lxi

examīe p v̾boꝝ suoꝝ clpa ṙpba
rent. Cotēpnēdo i² domi ī vetusta
te se ṙtinet. ſȝ ī vetustate ṙtine
do prius sinis̾ ſmoīby ſpecialit̾ re
ctoꝝ nocet. Ea vō nōnūq̄ȝ h̾etici ꝑ
diuīe gr̄e largitate pfusi ad vni
tate sce ecclie redeunt. Vn̄ hec ipa
amicoꝝ ṙcōciliatōe signa². p qb₃
tn̄ btūs iob exorare p̄cipit². quia
h̾eticoꝝ sacrificia deo ee accepta ne
queunt ni p eius vniu̾sal ecclie ma
nib₃ offerant² vt eius mit̾ salutis
ṙmediū inveniat qua v̾boꝝ ia
culis impugnādo feriebat. Vn̄ ꝛ
septē sacrificia p eis meorat² obla
ta. qz dū septiformis gr̄e spm
ofitētes accipiūt q̄si septē oblōni
b₃ expiant². hinc ē q in iohīs a
pocal p septē ecclias iuy vniu̾sa
lis ecclia desigt². hinc p salomōe
d̾ sapia dr̄ sapia edificat sibi do
mū excidit colūnas vij. In ipo sa
crificioꝝ nūo ṙcōciliati h̾etici qd
prius fuerit insinuat q ꝑfcioi gr̄e
nō nisi redeūdo iungūt². Bene aūt
thauros ꝛ arietes p se obtulisse
dr̄r describūt². In thauro q̄ppe cer
uix supbie. In ariete aūt ducatus
gregū sequētiū designa². Quid ē
aūt thauros arietes qz p eis ma
ctare n̄ eoꝝ supbū ducatū interfi
ce ut d̾ se hūilia sentiāt ꝛ pq
se corda innocētiū nō seducāt. A vni
tate eni tumēti ab ecclie vni
tate resilierat ꝛ infirmos pq se pplos q̄
sequētes greges trahebat. Veniat
ḡ ad btm iob i redeat² ad ecclia
ꝛ septenario sacrifio thauros ꝛ a
rietes mactādo offerat. qz ut vni
u̾sali ecclie oiūgant² hūilitē me
diāte interficiat q̄cq̄ prius tumida
de supbo ducatu sapiebat. P he
lin aūt q ṙctis q̄dē s̾ſib₃ loq². set
ad stulta elacōis v̾ba diuaḡ. p̄na
vinc̾tȝ arrogāt² exp̄mit². Multi
naqȝ int̾ sc̄aȝ eccliaȝ positi r̄ca que
sapiunt ṙce p̄fe ōtepnūt. Vn̄ ꝛ i
diuīe increpacōis arguit². n̄c tn̄ p
illo sacrificiū offert² qz fidel' q̄dē ſȝ
arrogās p vitatē īdulit̾ intus ē.
ſȝ p tumōre suū obstaculū acceptus
nō ē. Hūc ḡo increpacō ṙdarguit,
ſȝ in sacrificiū nō ṙducit. qz in ead̾
q̄dē fide ē in qua debuit ee. set
supna hūc iustia incepās p sup
biam ṙpellit. Vn̄ ꝛ bn̄ helim latio
sine d̾r dis meus iste. vl' dñs deus
Arrogātes eni viri int̾ sc̄aȝ eccliaȝ
ōnis ellate ṙmēdo deū ṙfugi
ant. eū tn̄ vitit̾ credēdo ōfitet².

Quid ē eī dñs meus isto mō dicē n̄
eū cui credidit apta ōfessiōe mō
strare. Vel qd ē deū dñm dicē nisi
hūc ꝛ deū p diuinitē credē ꝛ dñm
ex incarnacōe ~~phib~~ Vn̄ aūt b. iob
pq dāna reꝝ. pq funera pigneꝝ.
pq cruciatus vulneꝝ. pq certamia pugnꝯ
v̾boꝝ dupca ṙmuneracōe sblevat². qz
nimiꝝ sca ecclia adhuc cū i hac vi
ta posita p laboīb₃ q̄s sustinet du
plicia munera ṙcipit. cū susceptis
plene gētib₃ i fine mūdi iudeoꝝ eciā
ad se corda ōu̾tit. Hīc ē eī sc̄ptū ē
donec plenitudo gētiū intraret ꝛ sic
oīs isrl saluus fiet. Duplicia pq mo
ṙcipit qz finito labore p̄ntis tpis
nō solū ad aīaꝝ gaudiū ſȝ eciā ad
btitudinē corpoꝝ ascēdit. Vn̄ bn̄ p
p̄phtā dr̄. In t̾ra sua duplicia possi
debūt. Tc̄ti q̄ppe in t̾ra viuētiū
duplicia possidebūt. qz nimiꝝ bti
ne mētis simul ꝛ corpis gaudet. Vnd
iohēs i apoc qz añ ṙsurrēctiōȝ corpo
rū clamātes scoꝝ aīas vidit ac
cepisse eas stolas singlas. asp̄ex
dicēs. Et date st ill' singlē stole
albe. ꝛ dcm̄ ē ill' ut req'escerent
tpus adhuc modicū donec impleāt²
nūs ōseruoꝝ ꝛ frm̄ eoꝝ. Añ ṙsur̄eccōȝ
q̄ppe stolas singlas accepisse di
cti sūt qz adhuc sola mentis bti
tudinē pfruūt². Binas ḡo accepti
sūt cū aīaꝝ pfcā gaudio eciā corpo
rū incorrupcōn vestiet². Recte
aūt qd' afflictō bti iob dr̄ qȝ q̄n
titas tpis i eius afflictōe ṙtinet².
qz sce ecclie i hac vita t̾blo cernit²
ſȝ q̄nto hic tpe tī ~~q̄uītida~~ atqȝ dif
fēnda sit ignora². Vn̄ ꝛ ore vitat
dr̄. Nō ē vrm scire tpa vl' mome
ta q pr̄ posuit i sua ptate. P hc
ḡo q btī iob pa° dr̄ docemr̄ q ex
piēda nouim'. p hc vō q q̄nti
tas tpis i pa°on reticet². docem²
qd nescire debeam'. In logū v̾ba p
facōis ptrig' ut q̄i breuit' totū
pstringēdo loqm². Eȝ qz ad loqndi
iniciū diu loqndo puenim'. deb'
prius radicē historie figē ut valeam'
mētē pq mod' d' allegoriaꝝ fctu
saciare.

Capitlm xiij

Uir erat in t̾ra hus noīe
iob. Ideo scūs vir vbi
hitaūit traditur vt eius
meritū v̾tutis exp̄mat².
Hus naqȝ q̄s nesciat q sit t̾ra ge
tiliū. Gentilitas aūt eo obligata
viciis extitit. q° cultū ōditoris
sui ōditōis ignorat. Dicat itaqȝ
vbi hītauit ut hec eius laudibus

Ex h̾eticoꝝ sacrificia deo placē nō possūt nisi ecclie manib₃ offerant².

Apok. i

Pū'. ix

Thauros ꝛ arietes quid significat

c. xij

Nō arrogātes h̾etici dum arguūt ꝑ eis sacrificiū nō possūt offerr.

iusticia

q. iiij

Duplicia rd. dita b. iob. ꝑ' mutacōȝ iudeoꝝ ꝛ gē tiliū i p̄nti vita ꝛ i fu̾o cor' ꝛ aīe i futuō

ad ro xj

Act. i

Magnitudo ꝑconiū i ī mal laudē gñtū

cpficiat int bon9 int malos fiat Ne
Neqz ei valde laudal'e e bonu ee
cu bonis s3 bonu ee cu mal' Dic
ei gmoris culpe e int bonos bon
no ee ita innesi e pconij bonu ee
Iob xxx int malos extitisse hic e qd idez
btus iob sebmetipo attesta² dus
Frater fui draconu z socius strn-
conu hic petrus mag9 loth laudi-
bus extulit qr bonu int r eprobos
inuenit d' Et iustu loth oppssu
a nefandoz iniusta gusatoe eri-
puit Aspectu ei z auditu iustus
erat hitas int eos q' d' die i die
aiaz iusti iniqs opib; cruciabant
q' inuicr cruciari no possit n' pua
apmicr opa z audiet z cnet z
tn z aspectu z auditu iusty d². qr
inigr vita no delectando iusti au-
res atqz oculos s3 feriendo tange
Eph ii bat hinc paulg discipulis dicebat
In me° nacois pue z puse inter
qs lucetis sic luiaria in mdo hinc
Apoc ii pgami d² eccle. Scio vbi hitas
vbi sedes e sathane z tenes nom
men z no negasti fide mea hinc
sca ecclia sponsi voce lauda² cu
ei i carit' cantico d² Sic liliu int
spinas sic aica int filias Btus
go iob cu i medrata tra gentilm
int iniqs vixisse describi² ut iux
sponsi pconiu liliu int spinas
Simplicitas s3 cautela vel e cautela ut no cina crevisse mostre² vbi recte mox sb-
dit² Simpx z rcus Nonulli nang
ita sut siplices ut rem qd sit i-
gnorent s3 eo vere ad simplicit in
nocetia deserunt. qo ad vtutem
rectitudis no assurgunt. qr du ca
cauti p rectitudiez ee nesciunt nequaqz
inocetes psiste p simplicite put
hic e qd paulg discipulos admonet
Ad Ro xvi dices Volo vos sapientes ee i bono.
siplices at in malo hinc rursu dt
i Cor xiiii Nolite pueri effici sesib; s3 ma
licia puuli estote hinc p semetip
Mt x vitas discit pcepit d. Estote pde-
tes sic serpetes z siplices sic co-
lumbe vtrqz ei ~~in~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~
admonitione iunxit vt z siplicate columbe astutia
serpetis insereret et rursu serpentis
astutia columbina siplicitas tpareret
Act ii hinc e q spus scus pncia sua ho-
minib; no in columba solu s3 et i ige
patefecit p columba qppe siplicitas
p igne vo zelg indica² In columba
go z i igne ondit² qr q' cuncqz illo
pleni sut sic masuetudi siplicitati
seruiunt ut q' ctpas etia delinqu-
ciu etia zelo rectitudis ~~zelo~~ ac
ceda² se². Timens deu z recedes

A malo Deu time e nulla q facien
da sut bo ptire Vn p salom d² Q
Timor di qd sit timet deu nich negligit S3 qa
nonulli sic bo faciut ut tn a qb;
da malis minime suspeda². bne
pqz timens deu d². recedes eq3 a
malo phibe² Scptu qppe e declia
a malo z fac bonu Neqz ei boa
do accepta st q an eius oculos maloz
admixtione maculant² hinc nam
Eccl ix p salom d² Q' i vno offendit multa
Iacobi ii boa pdet hinc Iacobi attesta² dus
Q' cuqz tota lege suat offendat
aut in vno feus e omi reus hinc
i ad Cor v ad Gal v paulg ait Modicu fermetu tota
massa corrupit Btus c² iob
vt onda² qr undiqz i bonis extitit
solerter indica² qua alieng a mal'
fuit Mos vo narratiu ee solz cu
palestre ctame insinuat pus lu
ctatiu mebra describat. qr latu
validu qr sit pectg. qr pleni qr
sam tumeat lacerti. qr sub ter
poitg uenter nc mole gruet s nec
extenuatione debilitet Vt cu p-
us aptos ctami artus ondeint
tuc demu mage forti int ictus
narrat Qa gr atleta nr cotra
dyalu fuat ctatuig qt an are-
ne spectaculu sac² scriptor histo'e
i atleta hc spales vtutes enne-
rans mete mebra describit dices
Erat vir simpx z rcus timens
deu z recedes a malo ut du po-
sicio mebroz mag ondi² ex hac
ipa ia forti posicoe subsequens
etia victoria pnosta² se². Nati
Filioz hundant sepe parentes decinit ad petm sut ei septe filii z tres filie Sepe
ad auaricia cor pntis illiat fecu-
ditas plis. eo ei ad ambitiu con
gregande heditat accendi². qo mlte
hedib; fecunda². Vt go bti iob qr
sca mes fuat onda². z mistg d²
z mlte plis pr fuisse phibetur
q' in libri sui exordio deuotus
sacrificijs offendis ~~[illegible]~~ asse
rit², pmitg aut largib; etia pg
a semetipo medra². pesseg go
quta fortune pditg extitit quem
ad heditat tenacia nc tot he-
du affectus inclinat se². Et fuit
possessio eig septe milia ouiu z
tria milia camelou. qngeta qr
iuga boum z qngete asine. z
familia multa nimis Qcumq9 qr
ad maiore dolore mete qmo-
net dana maiora vt c² onda²
qnte vtutis extitit. multu fuisse
d² qd patient amisit Nuqz qppe
sn dolore amitti² n' qd sn adore

possidet. Itaque dum substantia magna deseritur
et tamen paulo post patienter amissa perhibetur
quam sine dolore perdidit. constat quia sine
amore possedit. Nondum quippe est qui prius
cordis divitias et post opes corporis de-
hundanz rerum tempalium separat a deo serebit. Solet etenim rerum habundantia
tanto magis a timore divino mentem
solvere quanto magis exigit hanc diver-
sa cogitare. Nam dum per multa spargitur
stare in intimis fixa prohibetur. quod per
semetipsam veritas cum parabolam seminantis
exponeret indicat dicens. Qui seminatur in
spinis hic est qui verbum dei audit. et
sollicitudo huius seculi et fallacia divitiarum
Matheus xiij suffocat verbum et sine fructu efficitur.
Ecce beatus iob et multa possidere dicitur.
et paulo post in divinis sacrificiis insta-
re deserviens perhibetur. Considerus ergo cuius
sanctitatis vir iste fuit qui ad tam dei
sedula obsequia et sic occupatus va-
caret. Nec dum precepti verbum emicue-
rat quod omnia relinqui preciperet. sed tamen beatus
iob eiusdem iam precepti vim in corde
servabat quia nimirum substantiam suam
mente reliquerat quam sine delectatione
possidebat. Erat quippe vir ille ma-
gnus inter omnes orientales. Orien-
tales viros esse predivites quis igno-
rat. Magnus ergo inter orientales ex-
titit ac si aperte diceretur. Etiam et divi-
tibus ditior fuit. Et ibant filii eius
et faciebant convivia per domos unus-
quisque in die suo. et mittentes vocabant
tres sorores suas ut comederent et
biberent cum eis. Solet inter fratres
maior substantia generoris discordie fi-
eri. O inestimabilem paterne institutio-
nis laudem. et pater dives dicitur. et filii
concordes asseruntur. et dum dividenda
inter eos substantia aderat corda tamen omnium
indivisa caritas replebat. Cumque
in orbem transissent dies convivii
mittebat ad eos iob et sanctifica-
bat eos. Consurgensque diluculo of-
ferebat holocausta per singulos. Cum
dicitur mittebat et sanctificabat illos.
aperte monstratur quod districtionem erga illos
prius presens agebat quibus absens sollicitudine
non deesset. Sed hec nobis solerter est intue-
dum. quod peractis diebus convivii purgatio per
singulos adhibetur holocausti. Vir quip-
pe sanctus noverat quia celebrari con-
vivia sine culpa vix possent. Nove-
rat ergo quia magis purgatione sacrifi-
ciorum diluenda sunt epule conviviarum.
et quicquid in semetipsis filii convivantes
Capitulum 17.
Convivia vix a multorum viciorum
sunt carentia ut sint sine culpa
inquinaverunt per immolando sacrificia
tergebat. Nonnulla quippe sunt vicia
que a conviviis vix separari possunt. Pene
enim semper epulas comitatur voluptas.
Nam dum corpus in refectionis delectatione
resolvitur cor ad inane gaudium re-
laxatur. Unde et scriptum est. Sedit populus Exodi xxxij
manducare et bibere et surrexerunt ludere.
Pene semper epulas loquacitas sequitur. et dum
venter reficitur lingua diffre-
natur. Unde recte dives apud inferos
aquam petere describitur dicens. Pater abraham Luce 16
miserere mei et mitte lazarum ut in-
tingat extremum digiti sui in aquam
ut refrigeret linguam meam quia crucior
in hac flamma. Prius epulatus cottidie
splendide dicitur. et post aquam petere in
lingua memoratur. Quia enim ut diximus
inter epulas valde loquacitas dif-
fluere solet. ex pena indicatur culpa.
Cum enim quem epulatum cottidie sple-
dide veritas dixerat in lingua plus
ardere perhibebat. Hii quoque cordarum ar-
moniam temperant tanta hanc arte disp- temperant
sipant ut plerumque cum una tangitur
longe alia ac multum intervallo ac intiacentibus
posita corda quacitatur. Cumque itaque Scriptura sa-
sonitum reddit ea quam in eodem cantu sacra sepius hic
temperato et aliis impressis tinnit. Sic in cordis dispensatio
igitur scriptura sacra plerumque de virtutibus
sic de viciis agit ut dum loquendo
aliud insinuat tacendo aliud innotescat.
Nichil enim quid divitem de loquacitate
memoratur. sed dum pena in lingua dicitur
sequeretur in convivio inter alias fuit gravior culpa
pena monstratur. Cum ergo septem fratres
per dies singulos convivia facere descri-
buntur. et peractis diebus convivii Iob vii
sacrificia perhibetur offerre aperte historia
indicat quia beatus iob octavo die
sacrificium offerens mysterium resurrectionis ce- Resurrectionis figura oblacione dicitur iob
lebrat. Dies namque quo nunc dominicus dicitur
a morte redemptoris est tercius. sed in ordine
conditionis est octavus qui et primus in condi-
tione est. Sed quia revolutus septimum
sequitur. octavus recte numeratur. Quia
sed octavo die offerre vii sacrificia
dicitur plenus septiformis gratie spiritu
per spem resurrectionis domino deservisse per-
hibetur. Unde et psalmus pro octava scribitur
in quo gaudium de resurrectione nunciatur.
Sed quia beati iob filii tanta fuerunt
disciplina bone institucionis accin-
cti. ut neque per facta in conviviis
neque per verba delinquerent aperte mo-
stratur cum subditur. Dicebat enim Ne
forte peccaverint filii mei et bene-
dixerint deo in cordibus suis. Perfectos
quippe in opere esse et sermone docue-
rat quibus de sola cogitacione pre-
metuebat. Quia vero de alienis cor-
dibus iudicare temere non debemus
consecuti huius viri verbis agnoscimus. qui
non ait. quia benedixerunt in cordibus

quam necesse est in asperitate trahit
Ferrum quoque de manubrio prosilit
cum de correptione sermo duri
or excedit Et amicum percutiens
occidit quia auditorem suum prola
ta contumelia a spiritu dilectionis in
Correctio immoderata est nociva terficit Correpti namque mens

repente ad odium prorumpit si hanc im
moderata increpatio plusquam debuit
addicat Sed is itaque qui incaute lignum
percutit et proximum extinguit ad tres
necesse est urbes ut fugiat ut in
una earum defensus vivat quia
ad penitentie lamenta conversus in unitate
sacramenti sub spe fide et caritate
absconditur reus perpetrati homici
dii non tenetur eumque extincti pro
ximus cum invenerit non occidit
quia cum districtus iudex venerit qui
sese nobis per nature nostre consorti
um iunxit ab eo procul dubio vindictam
de culpe reatu non expetit quem
sub eius venia spes fides et cari
tas abscondit Citius ergo culpa
dimittitur que neque malicie studio
perpetratur Unde et Sophar iniquum
vocat quem summa superna laudave
rat nec tamen a venia reprobatus ex
cluditur quia ad verba contumelie divini
amoris zelo permovetur Quia per eo quod
beatus Iob merita non agnoscit ex
aperta adhuc irrisione subiungit
dicens Forsitan vestigia dei com
prehendes et usque ad perfectum omnipo
tentem reperies Quid enim vestigia
nisi benignitatem illius visitationis vo
camus quibus ad superna provocati
promovemur cum eius spiritus afflatu
tangimur et ex carnis angustiis
sublevati per amorem cognoscimus
auctoris nostri contemplanda speciem
quam sequimur Illa cum mentem nostram
spiritalis presentie amor inflammat quasi
sequentibus iter insinuat et sub
iecto cordi velut quoddam vestigium
dei gradientibus imprimitur ut ab
eo rectis cogitationum gressibus
via vite teneatur Que enim nec
dum eius restat necesse ut per vesti
gia sui amoris indagemus quatenus
usque ad contemplationis speciem quandoque
mens inveniat quem nunc quasi a ter
go sequitur perfecta desideria explo
rat Hec perfecta vestigia nostri au
ctoris bene sequi noverat cum dice
bat Adhesit anima mea post te
quem reperire quousque ad visionem
sue celsitudinis satagebat di
cens Sitivit anima mea ad deum vivum
quando veniam et apparebo ante faciem
dei Tunc quippe conditorem manifeste
omnipotens reperitur cum mortalitatis nostre
funditus corruptione calcata ab
assumptis nobis in divinitatis sue clari
tate conspicitur Nunc autem a carnali conversatione
repressum animum infusione gratie spiritus

sblevat. et in contemptu rerum presentium
exaltat/ totum quia mens quod appete-
bat in infimis, despicit. atque ad
superna desideria ignescit et contempla-
tionis sue vi extra carne tollit[r]. que
corruptionis sue pondere, adhuc in
carne retinetur/ Incircumscripti luminis
iubar intueri conatur et non valet.
quod infirmitate pressus, aninus et nequaquam
penetrat et tamen repulsus amat. Ia
namque de se conditor per quod ametur
ostendit. sed visionis sue speciem ama-
tibus subtrahit Sola ergo eius   b
vestigia conspicientes gradimur qui
hunc per donorum suorum signa sequi-
mur. quem necdum videmus Quе
nimirum vestigia comprehendi ne-
queunt. quia unde vel quibus ve mo-
dis veniat eius spiritus dona nescimus
veritate attestante que ait Spiritus ubi
vult spirat et vocem eius audis et
nescis unde veniat aut quo vadat
In retribucionis autem clemencie repiri
ompus per contemplationis speciem potest. sed tamen
ad perfectum non potest. quia et si hunc in cla-
ritate sua quisque conspicit. non tamen
eius essentiam plene continet. An-
gelica enim vel humana mens cum ad
incircumscriptum lumine inhiat coipso
se ergo creatura est coangustat. et super
se quod per perfectum intendit. sed tamen eius
fulgorem comprehendere non dilatata
sufficit qui et transcendendo et portando
et implendo omnia concludit. Unde et
adhuc subdit Excelsior celo est.   c
et quid facies profundior inferno et unde
cognosces longior terra mensura
eius et latior mari Est deus ex-
celsior celo. inferno profundior. terra
longior. mari quia latior esse descri-
bitur/ tanto spiritualiter debet intelligi quanto
de eo quisque nephas est, iuxta corporea
lineamenta sentiri Deus celo est ex-
celsior quia incircumscriptione sui spiritus
cuncta transcendit Inferno profundior
quia transcendendo subvehit Terra lon-
gior quia creature modum perhennitate
sue eternitatis excedit/ Mari la-
tior quia temporalium rerum fluctus sic
regens possidet. ut hos sub omni
potentie sue presentia coangusta-
do circumdat Quamvis possint ce-
li appellatione angeli. et inferni
vocabulo demonia designari/ per
terram vero misti homines. per mare
autem peccatores intelligi Excelsior
itaque celo est. quia ipsi quoque electi
spiritus visionem tante celsitudinis
perfecte non penetrant/ profundior
inferno est quia malignorum spirituum astu-
tias longe subtilius quam ipsi putaverant
rat. iudicans dampnat Terra longior
quia longanimitatem magna patientia divine
longanimitatis exuperat. que nos et peccan-
tes tolerat. et conversos ad premia re-
muneracionis expectat Mari la-
tior quia ubique facta peccantium retri-
bucionis sue presentia occupat. ut
et cum non presens per speciem cernitur presens
per iudicium sentiatur Cuncta tamen ad   d   hoc de celo terra mare inferno et alibi hic excelsior est deus
solum referri hominem possunt. ut ipse
sit celum iam cum per desiderium summis
inheret Ipse infernus cum temptacionum
suarum caligine perturbatus in infimis ia-
cet Ipse terra quia in bono opere fixe
spei ubertate fructificat Ipse mare
quia in quibusdam trepidus concutitur et
aura sue mutabilitatis agitatur Sed
celo est deus excelsior quia potentie eius
magnitudine vincimur etiam cum super
nosmetipsos elevamur Inferno
profundior quia minus plus iudicat quam
ipse se humanus animus in temptationibus
investiget Terra longior quia sancta
vite que nos in fine retribuit neque
quam nunc ut spes nostra comprehendit
Mari latior quia humana mens fluctu
ans multa de his que ventura sunt
cogitat conspicit sed cum iam cernere que
estimaverat ceperit. angusta se in
sua estimatione cognoscit Unde et
tertio preditus in alto posueat. sed necdum
eam se contigisse senciebat dicens
Mirabilis facta est scientia tua ex me
confortata est et non potero ad eam
Inferno profundiorem noverat qui se-
metipsum distuciens sed et dei subtili-
ora iudicia pertimescens dicebat
Nichil mihi conscius sum sed non in hoc non   1 Cor 4
iustificatus sum qui autem iudicat me
dominus est. Longiorem terra viderat cum
iudicia ei esse humane mentis vota
pensabat dicens Qui potens est omnia fa-   Eph 3
cere superhabundanter quam petimus aut in-
telligimus Latiorem mari conspexerat
qui timendo pensabat quia nequaquam
mens humana immensitatem districtionis
eius agnosceret quantumlibet ingrediendo
fluctuaret dicens Quis novit po-   ad Eph 3
testatem ire tue. et pre timore tuo
iram tuam dinumerare Cuius bene
potentiam egregius nobis doctor in-   E
sinuat. cum breviter narrat Ut   Ca 9
possitis comprehendere cum omnibus sanctis
que sit longitudo latitudo sublimi-
tas et profundum/ Habet quippe deus   deus per quandam similitudinem dicitur habere dimensiones
latitudinem quia dilectionem suam usque
ad collectionem persequentium tendit/

Habet longitudinem quia ad vite patria nos longanimiter tolerando perducat / Habet sublimitatem quia ipsos quos intelligencia quam accepti in supna fuerit comprehensionem transcendit / Habet profundum quia dampnat inferius supplicii distinccionis sue iudicium incomprehensibiliter exercet Que scilicet quatuor

latitudinem

nobis in hac vita positis exercet simul / quia et longitudinem amando et longitudinem tolerando. et celsitudinem non solum nostra intellectus sed et vota superando / et profunditatem suam exhibet occultos et illicitos cogitacionum motus districte iudicando. Sed cuius de celsitudine et profunditate quia sunt inopia investigabiles nullus agnoscit. nisi qui vt contemplacione ad summa puehitur / vel occultis motibus resistens temptacionum recepit importunitate turbari Vnde beato iob dicitur Excelsior celo est et quid facies profundior inferno et vnde cognosces Acsi aperte desperando dicatur profunditatem eius atque excellenciam in temptacionibus nescis / scilicet Si subuertit omnia vel in vnum coartauit quis contradicit ei vel quis dicere ei potest cur ita facis Subuertit deus celum cum tribulata et occulta dispensacione humane contemplacionis celsitudinem destruit Subuertit infernum cum mansuetiorem mentem in sinus temptacionibus pauida tamen eam ad deteriora permittit Subuertit terram cum fructificationem boni operis aduersis irruentibus intercidit Subuertit mare cum fluctuacionem titubacionis emergente subito pauore confundit. Dubietate quippe sua cor animus hec tympi quia titubat valde formidat / et quia mare subuertitur cum ipsa in dei intra trepidacione consilio eius iudicii terrore turbatur Anima vero celum quidem vel infernus terra vel mare subuertitur breuiter diximus Nunc aliquantulum laboriosius restat vt hec qualiter in vnum coartari debeant demonstremus Sepe namque contingit vt ad summa iam spiritus mentem eleuet et tamen hanc importuna caro temptacionibus impugnet Cum quia ad contemplanda celestia animus ducitur obiectis actionis imaginibus reuerberatur Ita carnis repente hunc stimulus sauciat quem extra carnem contemplacio rapiebat Celum ergo infernusque simul coartatur cum vna eademque mente et sublevacio contemplacionis illuminat et importunitas temptacionis obscurat

vt et videat tenendo quod appetat et succumbendo in cogitacione tolerat quod erubescat De celo quippe lux oritur infernus autem tenebris possidetur In vnum ergo celum infernusque redigitur cum mens que iam lucem patrie superne considerat etiam de carnis bello tenebras occulte temptacionis portat Certe iam paulus tercii celi culmen ascenderat iam paradisi secreta cognouerat et tamen adhuc bella carnis tolerans gemebat dicens Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captiuum me ducentem in lege peccati que est in membris meis Quid ergo in huius tanti predicatoris pectore nisi celum et infernum quia coartauerat qui et visionis intime iam lumen acceperat et tamen adhuc tenebras de carne tolerabat Supra se viderat quid letus appeteret in se cernebat quod metuens doleret Iam celestis patrie lux irradiauerat sed adhuc temptacionis obscuritas animum confundebat Celum ergo celum infernumque pertulit qui et illuminatus securitatem exercuit et tamen communis gemitus strauit Et sepe contingit ut fides in mente iam vigeat. sed tamen ex parte aliquantula in dubietate tabescat. quis et etiam se a visibilibus eleuet et ex quibusdam sese incerta perturbet Ita plerumque dum ad eterna appetenda se erigit et subortis cogitacionum stimulis agitatur semetipsum condicit In vnum ergo terra mareque coartatur cum vna eademque mente et celsitudo solide fidei roborat. et tamen ex aliquantula mutabilitate perfidie quia dubietate versat Animo in suo pectore coartauerat terram mareque congnouerat qui et fide superans et per infidelitatem fluctuans dicebat Credo domine adiuua incredulitatem meam Quid itaque est quod se credere asserit et adiuuari incredulitatem queritur nisi quia coartari in sinu cogitacionibus terra cum mari deprehendat qui et exorare certus pro fide sic ceperat et adhuc incre

x

vndas pfidie ex medullitꝰ tola
bat ad tn̄ oculta fi' dispēsa on̄
pmitti'. ut cū mēs iā surgere
ad rectitudīez cepit. puritatis
sue religis impugne'. qꝫ ipa
ħ impugnto a' resistētez excecat
a' delectacoibꝫ seducta frāgat
Jcē itaqꝫ mīc d' Dn subuertit
oīa. vt in vnū coartauit qmꝫ
condicēt ei vl' qs dicē pt ei
cur ita faē. Cā nimirū diui
indiciū nc adūsitꝰ valet im:
nm: nc mgs sicōe cognosti/ vel
cū tbuat vtutes qnas tbuedt
subtrahit/ vel hat omīo nō
adīmes vicioꝝ genti tētacoibg
pmittit. Sepe naqꝫ in elacōe
coꝝ attollit', cū let' successibg
ī vtute robora'/ Sꝫ dū latētes
motꝫ audacie ī cogitacoe qditor
cōspicit. se s' hoīez ondendo
dēlinqt. vt eig mēs dēlicta
qd sit inveiat. q male ī se se
cura gaudebat. Vn cū sbuerti
oīa vel ī vnū coartaru dicēnt',
ptinꝫ addit'. Jpe ēm̄ nouit
homīȝ vanitatē & vidēs iniqte
nōne cōsidāt. Acsi pmissa pa
tefaciēdo sbiūgēt, dicēs. Cāma
tolando suēcrescē vicia con
spicit indicādo dona qfundit
Sicē, vō in descpcōe ordo sua'.
cū pmꝫ nosci vanitaꝫ. & post
qsidāri iniqtas phibe'. Omꝫ
qppe iniqtas vanitas. nō tn̄
omꝫ vanitas iniqtꝫ eē solꝫ
Vana naqꝫ agimꝫ. qciēs tnsi,
toria cogitaꝫ. Vn & euanescē
d' qd repēte ab intuētiū o
clis aufert'/ hinc ps tā au
Vniūsa vanitas oīs hō viuēs
Cum p hc q vniēdo ad initiū
tendit. rcē qd' vanitas d'. ȝ
neqꝫ rcē etiā iniqtas appel
la'/ qꝛ & si ei d' pena est culpe
qd deficit. nō tn̄ hoc ipm̄ cl
pa ē. qd a vita pturit. Vana
sꝫ itaqꝫ q tnseunt. Vn & p Sa
lomoēȝ. d' Oīa vanitas. Apte
aut pꝫ vanitatē ptinꝫ iniqui
tas sbinfert'/ qꝛ dū p queda
tnsitoria ducimꝰ in qbꝫdaȝ
noxie ligimꝰ. Cūqꝫ mēs inco.
mutabilitas/ statū nō tenet.
a semetipa defluēs ad vicia
prupit. Vanitate gº ad iniqte
labit' q asswēta rebꝫ muta
bilibꝫ. dū ex aliꝫ ad alia sp
impellit' sborientibꝫ culpis

ll

sp ingnia'. Et tn̄ vanitas & cul
pa intelligi. & iniqtꝰ noīe reatꝰ
qmor denūciari. Si ēm̄ aliqn̄
vanitas clpa nō essꝫ pps ta nō di
cēt. Cā naqꝫ ī imagie dei āblēt
hō tn̄ vanē qtba'. & thaure.
zat & ignorat cui qqregabit
ea. Cā qꝫmꝫ tmꝰ imagine
ī nā sueꝫ, vanꝫ tn̄ delcacoꝫ
motibꝫ pt'bati in qūsacōe nra
delinqꝫ. vt modꝫ s nos sēper
altnātibꝫ cupido qcuciat. me
tꝫ frangat. leticia intcrat. do
lor affligat. Ex vanitate gº ut
supiꝫ dicimꝰ ad iniqtatē du
cim'/ cū pmꝫ p leuia dcā de
fluiꝫ. ut vsu cūcta leuigātē
neqꝫ pꝫ qmittē etiā qūiora ti
meaꝫ. Nā dū modāri lin Ca. ii
guā ociosa vba negligit. more amaꝫ s' q sta tn̄ aūe p tbat
insolite ī missioꝫ capta audax
ad noxia prupit/ dū gule in:
cūbit' ad leuitatꝫ ptinꝫ insa
niaꝫ pdit'. Cūqꝫ mēs subige
delcacoꝫ carnis rennit. pleuqꝫ
ad pfidie voragīez ruit. Vn | Cor x
bn̄ paulꝫ isrelitice plebis dāna
qspiciēs. ut iminētia ab au
ditoibꝫ mala cōpescēt enrat
ex ordine tnsacta narrae d
Neqꝫ idolatre efficiamini, sic
qda ex ipꝫ. queadmo scptū Exo 32
ē. Sedit pplꝫ madūcare & bibē
& surrexerūt ludē. Esꝫ qppe po
tꝫ qꝫ ad lusū impulit. lusꝫ ad
idolatiꝫ traxit/ qꝛ si vanitaꝫ
clpa neqꝫ caute qpescit'. ab
iniqte ptinꝫ mēs incauta de
uora'. Salōe attestātē q ait Ecc 19
Q' modica spnit paulatī dēci
dit. Si ei curare pua negligiꝫ
insēsibiliꝫ seducti audēt etiā
maiora ppetrarꝫ. Et nondū q
nō videri ȝ cōsidāri iniqtas
d'. Studiosius qppe qspicimꝫ
q cōsidāꝫ/ deus itaqꝫ vanitatē
homīȝ nouit. iniqtatē qsidāt.
qꝛ nc minōra delicta multa de
serit. & ad maiora feriēda se
intētꝫ accingit. Cāma sꝫ a le
uioribꝫ malis incipit'. vt &
ad qūiora pueniā'. Vanitas
metēȝ obnubilat. iniqtas
cecat/ q nimirȝ mēs amisso
intr lūie. tātō se altiꝫ per
tuore erigit qntō & iniqtaꝫ
tripta lapsꝫ a vitate longius
recedit. Vn apte gº vanitas
cū iniqte ptrahat exprimit

finis vanitatis est audacia prave operationis

m cum repente subiungit Vir vanus in
superbiam erigitur. Vanitas quippe fi-
nis est, ut cum peccato mentem sauciat.
hanc ex culpa audacem reddat
quatenus sui reatus oblita que amisis-
se se innocentiam non dolet. iusto
excecata iudicio simul et humili-
tatem perdat. Et fit plerumque ut
pravis desideriis serviens a iugo
se divini amoris excutiat. et qui-
a malorum perfectione iam libera omne
quod voluptas suggerit implere
contendat. Unde cum vir vanus se eri-
gere in superbiam dicitur illico subinfertur
Et quasi pullum onagri se liberum
natum putat. Per pullum quippe ona-
grum agrestium genus exprimitur quod
nature dimissum motibus loris domi-
nantium non tenetur. Agri namque alia
in libertate habent et ire quo appe-
tunt. et quiescere cum lassantur. et quo-
niam prestat animalibus homo longe sit
melior. hoc tamen plerumque homini
non licet quod brutis animalibus licet.
Que enim ad aliud minime servantur
eorum motus procul dubio nequaquam
sub disciplina restringuntur. Homo
autem quia ad sequentem vitam ducitur
necesse profecto est ut in cunctis suis
motibus sub disciplinae dispositione
religetur. et quasi domesticum animal
loris vinctum serviat. atque eter-
nis dispositionibus restrictus vivat.

homo regitur per disciplinam

Qui ergo implere cuncta que desiderat
per effrenatam libertatem querit.
quid aliud quam pullo onagri esse
similis concupiscit. ut disciplinae
hunc lora non teneat. sed audenter
vagus per silvam desideriorum currat

De miseratione dei

Sepe autem divina miseratio quos
perdere in effrenatione illicite
libertatis conspicit. obiectione aspe-
re adversitatis frangit. quatenus et
elisi discant quam superba erectione
tumuerant. ut iam flagellis ex-
primentibus edomiti. quasi iumenta
domestica preceptorum loris men-
tis colla subiciant. et vite pre-
sentis itinera ad nutum presidentis
peragant. Quibus bene loris ligatum
se noverat qui dicebat Ut iume-
tum factus sum apud te. et ego sem-
per tecum. Unde et Saulus ille persecu-
tor ab agro perfidie voluptatis
ad domum fidei reductus recto-
ris sui calcaribus punctus audi-

Act. 9

ebat Durum est tibi contra stimulum
calcitrare. Restat ergo ut si
esse iam similes pullo onagri
nolumus in cunctis que appetimus nu-
tum prius intime dispensationis
exquiramus. ut mens nostra in omne
quod nititur superni regiminis loro
teneatur. et inde magis vota sua
ad vitam impleat unde vite
sue studia contra propriam voluntatem
n calcat. Sequitur: Zophar for- Ca[illegible]
tia propria protulit. sed quia meliora se-
ntire loquitur nescit. Unde adhuc
increpando subiungit Tu autem fir-
masti cor tuum et expandisti
ad deum manus tuas. Firmari
cor non hoc loco pro virtute dicitur sed
pro insensibilitate. Omnis namque a-
nimus qui districtionis intime consideratione
se subicit ex eius protinus terrore
mollescit. eumque sagitta divine
formidinis penetrat. quia in-
tima viscera per humilitatem gestat.
Quisquis autem pertinacia insensibili-
tatis obdurescit. quasi cor firma-
re hoc iacula superni timoris con-
fodiat. Unde quibusdam per prophetam
dominus minatur dicens Tollam de
vobis cor lapideum et dabo vo-
bis cor carneum. Cor quippe lapideum
tollit cum a nobis superbie duritiam
o subtrahit. Et cor carneum tribuit
cum eandem protinus mentis duritiam
ad sensibilitatem vertit. Per manus
vero ut iam crebro diximus opera
designantur. Cum culpa ergo manus ad
deum extendere est contra largitorem
gratie de virtute operis superbire.
Qui enim in conspectu eterni iudicis
loquens sua bona que facit tribuit ad
deum manus superbiens tendit.
Hic profecto contra electos reprobi. sic
contra catholicos heretici semper effre-
nantur ut cum obiurgare studia nequeunt
bonorum reprehendere et factorum elati-
one molliantur. quatenus eos quos
redarguere ex iniquitate actionis
non valent. ex crimine tumoris ac-
cusent. Unde et ea bona que exi-
sunt neque bona esse iam censent
que quasi per studium turgide cogita-
tionis exhiberi putant. quia sepe
humiliata mente increpat. et
dictis suis semetipsos ferire
ignorant. Sed quia iustum virum Zo-
phar hactenus reprehendendo
corripuit. nunc velut docendo
p subiungit Si iniquitatem que est in ma-
nu tua abstuleris a te. et non man-
serit in tabernaculo tuo iniustitia
tunc levare poteris faciem tuam
absque macula et eris stabilis

et no timebis. Omne petm a' so-
la cogitaon gmitti. a' cogitaoe
simul et ope ppetra. Iniqtas go
i manu e culpa i ope. Iniustia
vo in tabnaclo e iniqtas i me-
te. Mens qppe nra tabnaclm
no incogre vocat. i qua apud
nosmetipos absondim. cu fo-
ris in ope no videm. Sophar
itaq qr viri iusti amicus est
nouit qd dicat. s qr iustu inc-
pat heticoz tenens spez pfre-
rec etia q nouit ignorat. Sed
nos calcates hc quod ab eo tu-
mide d. pesemus eius vba qz
recta sint si rec dicent. Prius C
em iniqtez a ma' sbtrahi et pg
a tabnaclo admovet iniustiaa
absidi. qr qsqs ia pua a se opa
extius resecat. necce pfco e ut
ad semetipm rediens solerter
sese in ment intencoe discer-
nat ne clpa qua ia in accone
no ht. adhuc i cogitaon pdu-
ret. Unde bn etia p Salomez d. ppa-
ra foris opus tuu. et diligenter
exerce agru tuu. ut pgea edi-
fices domu tua. Qd naq e p-
pato ope agru dilig' extius
exce. nisi evulsis iniqt senti-
bus actoz maz ad frugē retbu-
cois extole. Et qd e pg agru
exticiu ad edificiu domus redi-
re. nisi q plerumq ex bonis opi-
bus discimus qnta vite mudiciaz
et in cogitaon costruam. Pene
naq cuncta bona opa ex cogi-
tacoe pdeunt. Sz st nonulla co-
gitacois acumina q ex opaon
nascunt. Na sic ab aio opus
sumit. ita rursus ab ope animus R
erudit. Mens qppe diui amo-
ris exordia capiens impat bo-
na q fiant. s pgq impata fieri ce-
pint ipsis sins exercitata accoib
discit. cu impare bona inchoa-
uerit. qntu minus videbat. Foris
go ager extolit. ut domus post-
mod costrua. Qa plerumq ab ex-
tiori ope videmus qnta sbtilitate
rectitudis in corde teneamus. Cura-
bit Sophar servare studuit or-
dine. cu prius auferri iniqtate
a manib. et pg a tabnaclo in-
iustitia dixit. qr nequaq ple-
ne animus in cogitaon erigit. qui
adhuc ab eo extrinsecus in ope er-
rat. Tunc si pfce duo tergimus
ad diu statim sine macla faciez

levamus. Interna qppe facies hois
mens e. i qua nimiz recognoscimus
q ab auctore nro diligamur. d' oratione
qua sez faciez levare e in deo
aiam p studiu orois attollere.
Sz elevata facie macla ingra-
uat. Qsi intendete mentem
reatus sui 9sciā accusat. qr a
spei fiducia ptinus frangit. Sed
intecta pctibus necdu deuicte
clpe meoria morde. Diffidit
naq accipe se posse qd petit.
q pfco remisisit nolle se adhuc
facere qd diuinitus audiuit. Hinc 1 Io 3
p Iohanez d. Si cor nrm non
rephendit nos fiducia hemus
ad deu. et qcqd petierimus ab eo ac-
cipiemus. Hinc Salom ait. Qui aut- Prv 28
tit aure sua ne audiat legez.
oro eius erit execrabilis. Cor qppe
nos in petitoe rephendit. cu
resiste se pcept eius quē po-
stulat meminit. et oro fit exec-
bilis. cu a censura auertit legis.
Qa dignu pfco e ut ab eius Bnficiu sentiens dz 9 pcep 9tepsit obsuare
bnficijs sit unusqsq extraneus
eius nimiz iussioibus no vult
ee sbiectus. Qua in re hc e salu-
bre remediu. ut cu se mens
ex meoria clpe rephendit. hc
prius in oron defleat qd errauit.
qts erroris macla cu in fletibus
tergit. i peticoe sua cordis fa-
cies ab auctoe munda videat. Sz
curadu nimis e ne ad hc rur-
sus pruat qd se mudasse fle-
tibus exultat. ne dū deploata
iteru clpa comitti. i conspctu
iusti iudic ipa etiā lamenta
leuiget. Solert qppe debemus
meminisse qd d. Non iteres v- Ecc' 1
bu in tua oron. Quo vz dicto
vir sapiens neqq nos phibet
veniaz sepe pete. s clpas ite-
rare. Acsi apte dicat. Cu ma- Orones nre aliq rephant
la defleueris neqq rursu fa-
cias qd in pcibus iteru plagas.
Ut go ad pce facies sine ma-
cla levet. an orois tpa sb di
conspici qcqd pt in oroe repro-
bari. Quez qppe se mens cu
ab oron cesset exhibere festinat.
qualis apparere iudici in ipo
orois tpe exoptat. Sepe na-
q imunda qda. vel illicita in
aio versamus. qes a pcibus va-
camus. Sz cu se mens ad studia
orois exercuit. eaz iteru
imagines reuberata patit.

qbus prius otiosa pmebat / et q
ic facie t aia ad deu levare
no sufficit · qr in se primu ing'
nata mete p maclas pollute
cogitacois erubescit. Sepe cu
ris mudi libent' occupam / cu
q3 p9 h ad studiu oroins intē
dim9 · neq3 se mes ad celestia
erigit · qr pondq hac trene sol
licitudis in pfudu mersit / et
in pce facies mda ondit' qr
cogitacois infime luto macla
Nonnuq3 vo cor a cuct' exciti
illicit' motib9 · etia cu a pce
vacat optao9 · s3 tn qr nos clpas
zarus dimittiq · aliena pigns
delicta lxa9 · et qo pctare amiq
sollicicius metiut · eo distctiq
hc qd in se ab alio delinquit
inde abhorrescit Vn fit vt in veia
q'sq3 tardior ad venia · qo pfi
ciendo fcus e tantu ad clpaz /
et quo ipe excade in alter inc
tnit · hc qd in se excedit pu:
Pctm aiaz maculat s3 odm aiaz occidit re durius exquit. S3 qd hac
dolois t macla detiq repiri
pt · q in cospcu iudicis tacite
no inqnat s3 necat Vitam
qppe aie quelibz clpa pollu
it · fuatq vo con'prim dolor
occidit Mētq naq3 ut gladiq
figit' et mucene illiq ipa visce
ru occlta pforat / q scz a tristi
ro corde · si prius no educit · nl
in ptibq dinie opis abtinet
qr et vlnati mebs impoi sa
lutis medicaia nequit nisi fer
ru hc prius a vlne sbtrahat
hinc e et qr p semetipaz vi
Ca 18 S tas dt Si si remiserit ho
Mthi 6 bq pcta eoz · nec p vr q in ce
lis e · remittet vob pcta vra
hinc admoet dices Cu stabi
tis ad orandu dimittite si qd
hetis adusu aliqe / hinc rur
Luce 6 sus ait date et dabit' vobis
dimittite et hinc costitutori postulacoinis
dimitte' vob gdicioz posuit pietas dices di
mitte nob debita nra sic et
nos dimittiq debitoribq nris /
vt pfco bonu qd a do cpuncti
petimq · hc prius cu pro faciaq
Tunc i' ve sy macla faciez le
naq · cu nos nc phibita ma
la cmittiq · nc ea que in nob
cmissa sut · ex xpo zelo rtimeq
Oram naq3 mes or ois sue
cofusiōe deprimt · si hanc a
sua adhuc opaco inqnat · a

alieno negtie fuatq dolor ac
cusat / q duo q'sq3 du derisei
ad ea q scmixa st ptmq libe
Terrigit Et eris stabil' et no ti
mebis · qr minuz tato minq
an iudice trepidat · quto n
bonis actib, solidius stat Ti
more qppe supat q stabilitat
fuat / qr du sollicitq studet
page qd masivete coditor im
pat · secum q cogitat etia que
tribulit intetat Sciend' ptea
e qm nonulla bona st ad qu
indefessi psistimq / et rursu n
ulla st ad qb, cotinue defici
tes labimr · atq3 ad h mag
conatibq p intualla tpm re
formam' In actia etei vita
mes sn defecu figit · a cote
platia at infirmitatis sue po
victa lassa' Illa qppe tato fi
miq durat quto ad utia s
erga vtilite pximi dilata
h tato celerius labit' quto
et claustra carnis transgdien
sup semetipaz ire cona' Illa
p plana se digit et ideo ped
opis robustius figit / hec a
quo sup se alta appetit · ad
ciens fessa descendit Qd bn
ac breuit Ezechiel insinua
tu cor q vidat motq aiali
narrat dices Ibo reuteban
tu incederet / et paulo pq sub
at dices Et aialia ibat et re
uetebat' cu incederet Pacti
qppe aia aliqn vadut et n
ime redeunt / alii vadut et
ptmq reuertut / qr electi m
tes cu pq collgta ad actiue
vite graz · erroris mas dese
redire ad mala mudi nesc
iut q reliqrut · Cu vo p cte
placois aciez et ab hac eade
vita actia se suspedut / eu
et redeut · qr p hc q diu psis
tnie in ctemplacoe suffi
sese iter ad opoz fundit · vt opa
in his q sibi iuxta st se exe
do refoueat et sup se rursu
surge cteplado cualescan
S3 du hec eade ctemplaco no
re debito p tpm intualla
petit' indeficient peul dub
in eiq soliditate psistit / qr
si infirmitatis sue ponde me
supata deficit hac tn ite
ctinuis conatibq rpata cp
hendit / nc stabilitatez suam

in ea perdidisse dicenda est a qua
et si semper desistit; hanc et cum perdidit v
semper inquirit. Sequitur: Miserie quoque
oblivisceris et quasi aquarum preteritarum
non recordaberis. Mala autem presentis
vite tanto durius quisque sentit quanto
pensare bonum quod sequitur ne-
gligit. Cum quia non vult perpetua con-
siderare que restat, grandia estimat que
tolerat. Unde et correptionis flagelli ictu co-
gitatio tota concutitur, et quasi infinita
calamitas creditur que diebus cursu
labentibus cotidie finitur. At si se-
mel quisque ad eterna se erigit
atque in his que incommutabiliter per-
manent oculum cordis figat, pene
nil esse hic conspicitur quicquid ad finem
currit; presentis vite adversa tolerat, sed
quasi nichil esse omne quod labitur pensat.
Quo enim se intimis gaudiis ro-
bustius inserit, eo minus exterius
dolores sentit. Unde Sophar nequaquam
quasi verius ausu temerario doctiorem
meliorem exhortatur ad iustitiam
et demonstrat quod nulla iusti hominis
videatur pena. Acsi aperte dicat: x
14 Si degustabis gaudium quod intus per-
manet, leve fit protinus omne quod
foris dolet. Bene autem presentis vite
miserias aquis preteritis comparat,
quia calamitas transitorie electi men-
tem nequaquam vi perversionis subru-
it, sed tamen tactu meroris infundit.
Humanat quod per errorem volvitur, et
tamen a sue rectitudinis non frangitur
salute. Sepe autem non solum flagel-
la atterunt, sed in intimis quoque quia in-
sti animo malignorum quasi spirituum ten-
tamenta crassantur, aliis grassatur,
ut ex percussione doleat et intus
aliquatenus ex temptatione frigescat.
Sed nequaquam gratia deserit que quos
nos divinus ex dispensatione per-
cutit, amplius ex pietate custo-
dit. Nam cum tenebrescere per ten-
tationes cepit, sese iterum lux inter-
na succendit. Unde et subditur: Et y
quasi meridianus fulgor consurget
tibi ad vesperam. Fulgor quippe me-
ridianus in vespere est virtus re-
novata in temptatione, ut repen-
tino claritatis fervore ibi magis
vigeat, ubi iam iamque lumine suo gratie
occubuisse formidabat. Quod ad-
huc Sophar subtilius aperit, cum
subiungit: Et cum te consumptum pu-
taveris, orieris ut lucifer. Sepe
namque nos tot temptamenta obsi-
dent, ut ipsa nos corda nostra

pene ad lapsum desperationis incli-
net. Unde plerumque mens et te-
dium virtutis vix ipsa sue virtutis dam-
na considerat et tota dolens; sed quasi
iam et a sensu doloris aliena fra-
gitur et estimare non valet quanto
cogitationum tumultu vastetur.
Ruinam a se per inopinata conspiciat,
ei quia nec arma repugnationis acci-
piat. Gravius meror ipse conditor
conductos qualibet oculos ob-
scuritas obsidet, et cum visum tene-
bre semper impediant, mesta mens
nichil aliud quam tenebras videt.
Sed apud misericordem iudicem sepe
hoc ipsa que ad visum quasi orationis agg-
ravat pro nobis subtilius testificatur; erumnam
meroris nostri caliginem con-
ditor conspicit, et subtiliter lucis ra-
dios infundit, ita ut erecta protinus
per dona mens vigeat, qua pau-
lo ante desperata vicia superbie
calce deprimebat. Mox corporis
pondus decutit atque ad contem-
plationis sue lumine post perturba-
tionis sue tenebras erumpit, mox
in gaudio perfectius attollitur, que
intus temptamenta permissa cadere ex
desperatione cogebat. Sed inter cogi-
tationes etiam iam perpetua despi-
cit, sine dubitationis obstaculo
de eterna retributione confidit. In-
stus ergo cum se consumptum putaverit,
ut lucifer oritur, quia mox ut te-
nebrescere temptationum caligine
cepit, ad lucem gratie reformatur,
et in semetipso intrat diem iustitie,
qui casurus paulo ante timuerat
noctem culpe. Recte autem lucifero vitam iusti comparat lucifero
vita iusti comparatur, solem quippe lucifer
fer precurrens nuntiat. Et quod nobis
sequens innocentia iudicii
claritate clamat. In eorum namque
admiratione conspicimus quid de
maiestate veri luminis estimemus.
Necdum redemptoris nostri potuimus videre,
sed tamen virtutes illius in electorum suorum
moribus admiramur. Quia igitur
bonorum vita in consideratione sua ocu-
lis nostris viam veritatis ostendit, cla-
rus ad nos lucifer ante solem
venit. Pretendi vero est quod hoc que
ex temptationum spiritalium adversitate
discutitur, iuxta exteriora quoque ma-
la nil obstat intelligi. Beati enim
viri qui medullitus summa di-
ligunt, in infimis dura patiuntur,
sed in fine gaudii lumine inve-
niunt quod hic in hoc spatio

pervenerit vite contempserit. Unde nunc
per Sophar dicitur: Et quasi meridianus
fulgor consurget tibi ad vesperam.
Peccatori etenim lumen est in die
et obscuritas est in vespere. Quia in
presentis vite felicitate attollitur, sed
adversitatis tenebris in fine devo-
ratur. Justo autem hic meridianus
fulgor ad vesperum surgit, quia quan-
ta sibi claritas maneat cum iam
occumbere ceperit agnoscit. Hinc
Eccl. 1 namque scriptum est: Timenti deum bene
erit in extremis. Hinc per psalmistam dicitur:
Luc. 16 Cum dederit dilectis suis somnum,
hec est hereditas domini. Quia in hujus
quoque vite extremo positus, cum se con-
sumptum putaverit, ut lucifer oritur,
quia foris cadens, intus innovatur. Et quo
magis adversa tolerat, eo uberius
virtutis luce intus coruscat.
1 Cor. 4 Paulo attestante qui ait: Sed licet
is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen
is qui intus est renovatur de die in
diem. Id enim quod in presenti est mo-
mentaneum et leve tribulationis est
nostre, supra modum in sublimitate
eternum glorie pondus operatur in nobis.
Et notandum quia nequaquam cum consumptus
fuerit, sed cum te consumptum putaveris
dicitur, quia et quod videbis in dubietate
est, et quod speramus in certitudine. Unde
et idem Paulus non se consumptum no-
verat sed putabat, qui inter adversa
tribulationum coruscans ut lucifer re-
2 Cor. 6 splendebat dicens: Quasi morien-
tes et ecce vivimus; quasi tristes semper
autem gaudentes; quasi egentes mul-
tos autem locupletantes. Sciendum
quoque est quia bonorum mens quo duriora
pro veritate tolerat, eo eternitatis pre-
mia certius sperat. Unde et apte sub-
ditur: Et habebis fiduciam pro-
de solida spe posita tibi spe. Tanto namque spes in
deum solidior surgit, quanto pro
quisque graviora pertulerit. Quia ne-
quaquam retributionis premium de
eternitate colligitur quod non prius
hic pie tribulationis seminatur. Hinc
per psalmistam dicitur: Euntes ibant et fle-
bant mittentes semina sua; venien-
tes autem venient cum exultatione
portantes manipulos suos. Hinc
2 Cor. 2 Paulus ait: Si commorimur et con-
vivemus, si sustinemus et conregnabimus.
Hinc discipulos admonet dicens:
Act. 14 Per multas tribulationes oportet vos intra-
re in regnum dei. Hinc sanctorum
gloriam Johanni angelus indicans
Apoc. 1 ait: Hii sunt qui venerunt de tribulatione

magna, et laverunt stolas suas et
candidas eas fecerunt in sanguine
agni. Quia scilicet nunc per tribulationes seri-
tur ut post gaudii fructus metatur. Et
tanto major fiducia mentem robo-
rat, quanto hanc fortior pro veritate
afflictio angustat. Unde apte per-
adjungitur: Et defossus securus dor-
mies. Sicut enim malis presens se- de labore presente
curitas laborem, ita bonis presens
labor perpetuam securitatem pari-
at. Unde et defossum se securum dormi-
re posse noverat qui dicebat: 2 ad Tim. 4
Ego enim iam delibor et tempus mee
resolutionis instat. Bonum certamen
certavi, cursum consummavi, fidem servavi.
De reliquo reposita est mihi corona justi-
cie quam reddet mihi deus justus judex in
illa die. Quia ergo cum mala tri-
bulationis sibi deesse certaverat, de
mansuris gaudiis sine dubietate
presumebat. Quamvis defossum
intelligi et aliter potest. Sepe namque
rebus transitoriis occupati pensa-
re negligimus quanta peccamus. Sed si re-
ducto considerationis oculo a sinu
cordis terrene cogitationis ager
excutitur, quicquid in mente latebat
invenitur. Unde sancti viri qui cogitationum
suarum latebras perscrutari non de-
sinunt, sese subtiliter indagantes
terrenas rerum curas abiciunt, et
effossi plene cogitationibus cum ni-
chil reatus eorum mordeat deprehen-
dunt, velut in strato cordis quiete
se securi requiescunt. Latere quippe
ab hujus mundi actibus appetunt, fluxa
sua considerant, et cum loco regiminis
minime constringuntur, judicare que
aliena sunt recusant. Defossi
secure dormiunt, quia dum sua in-
tima vigilanter penetrant, a labo-
riosis se hujus mundi oneribus in
quietis otio occultant. Unde et
adhuc subditur: Requiesces et non
erit qui te exterreat. Quisquis pre-
sentem gloriam querit, profecto despici
metuit, quia qui semper ad lucra inhiat
semper vero damna formidat. Cujus
perceptione reficitur, ejus rei per-
ditione et amissione sauciatur. Et
quo obligatus mutabilibus ac per-
euntibus inheret, eo longe in infimis
ab arce securitatis jacet. At
contra quisquis in solo eternitatis de-
siderio figitur, nec prosperitate attol-
litur nec adversitate quassatur. Dum nil
habet in mundo quod appetat, nil est quod
de mundo pertimescat. Hinc enim

12 Salomon ait: Non contristabit iustum quic-
2.8 quid ei acciderit. Hinc iterum dicit: Iustus
quasi leo confidens absque terrore erit.
Unde itaque nunc dicitur: Requiesces et
non erit qui te exterreat. Quia tanto
quisque a se plenius pavorem qui ex
mundo est abiicit, quanto in semet
ipso verius mundi concupiscentiam vincit.
Nam non absque pavore qui ex mundo
est Paulus in corde requieverat, qui
Ro. dicebat: Certus sum quia neque mors,
neque vita, neque angeli, neque prin-
cipatus, neque instantia, neque for-
titudo, neque profundum, neque cre-
atura alia poterit nos separare a
caritate dei que est in Christo Iesu domino nostro.
Cuius videlicet fortitudo caritatis unde sancte
ecclesie voce laudatur, cum per cantica can-
ticorum dicitur: Valida est ut mors di-
lectio. Virtuti etenim mortis dilectio
comparatur, quia mentem quam
semel cepit a dilectione mundi fun-
ditus occidit. Et tanto hanc valenti-
us in auctoritate erigit, quanto inse-
sibilem contra errores reddit. Sed inter
hec sciendum est quod prius cum recta predi-
cat, valde difficile est ut ad hec
quod tacite ambiunt non erumpat.
Unde et Sophar protinus adiungit:
Et deprecabuntur faciem tuam pluri- 9
mi. Neque enim iusti viri ideo se
per innocentie arta itinera custodiunt
ut ab aliis exorentur. Sed sine he-
sitatione sine presumptione quilibet per hoc quod inter
homines qui innocenter vivunt videri
per homines intercessores volunt, et cum
sancta loquentes insinuant quod ipsi
appetunt, hoc aliis ex magno polli-
centur. Dum quia celestia predicant
in suis repente sponsionibus ostendunt
quod amant. Sed ne diu terrena pol-
licendo patefaciant quod sunt, ad verba
rectitudinis citius redeunt. Unde
mox subditur: Oculi autem impiorum
deficient et effugium peribit ab eis.
Oculorum nomine vis intentionis
exprimitur. Per evangelium attestante
veritate dicitur: Si oculus tuus fuerit sim-
plex, totum corpus tuum lucidum erit.
Quia videlicet si operationem nostram intentio mun-
da prevenerit, qualibet hominibus
aliter videatur, interim tamen iudicis
oculis mundum subsequentium actionum
corpus ostendit. Oculi ergo impiorum
sunt intentiones carnalium desideriorum,
qui ideo deficiunt, quia et eterna ne-
gligunt, et sola semper transitoria pre-
stolantur. Adipisci quippe terrena
gloria appetitus cogitat multiplic-

cari rebus temporalibus exoptat, ad
mortem cotidie cum ipsis rerum laben-
tium tendunt. Sed cogitare morta-
lia mortaliter nesciunt, carnis vi-
ta per momenta deficit, et tamen car-
nale desiderium crescit, res habi-
ta in instanti fine corrumpitur, et haben-
di anxietas non finitur. Sed cum
mors impios subtrahit, eorum profecto
desidia cum vita terminatur. Quorum
scilicet oculi tunc superna ultione defici-
unt, quia suo hic iudicio a terrena
delectatione deficere noluerunt. Hos
illorum oculos a iocunditate pristina
claudi propheta considerabat, cum dice-
bat: In die illa peribunt omnes Ca 18
cogitationes eorum. Quia in eterna
mala numquam cogitata repperiunt,
etiam subito amittunt bona tempora-
lia que diu tractata tenuerunt. A
quibus et omne effugium perit, quia
eorum malitia ad animadversionem
districti iudicis quo se valeat
occultare omnino non invenit. Sed cum
impios subtrahit, eorum profecto desi- A
dia cum vita terminatur. Nam nunc Effugium impiorum
iniqui cum tristitia vel adversa aliqua est gaudia terrenorum
paciuntur, effugii latebras inve-
niunt, quia ad voluptatem protinus de-
sideriorum carnalium recurrunt. Hunc enim
paupertas terret, divitiis animum mi-
tigat; ne despectus priorum deprimat,
sese dignitatibus exaltat. Sed fa-
stidio corporis atteritur: appositis
epularum diversitatibus nutritur. In
quo animus mesticie impulsu de-
icitur, mox per intempora iocorum bla-
dimenta relevatur. Tot ergo hii habent
effugia quot sibi preparant delectamenta.
Sed quisque ab eis effugium perit,
quia eorum mens amissis quibus se solu-
et iudicem conspicit, tunc voluptas
subtrahitur, sed voluptatis culpa serva-
tur. Et repente in se eum pendendo di-
scunt quia peritura tenuerunt. Quia
tamen quisque corpora vivunt, querere
non cessant, non desinunt. Unde adhuc
subditur: Et spes illorum abhominatio B
anime. Quid hic peccator totis cogita- De abhominatione
tionibus sperat nisi ut potestate ceteris anime et desperatione
transcendat, cunctos rerum multiplica- peccatorum hominum
tione excedat, adversantes dominando
subiciat, obsequentibus mirandum
innotescat, ire ad notum satisfa-
ciat, benignum se cum laudatur osten-
dat, quicquid gula appetit offerat,
ad hoc quod voluptas carnis imperat
expletione gerat. Bene ergo spes
illorum abhominatio anime dicitur, quia ea que

Caro et spiritus contrariis intendunt

carnales abiunt spiritales quia in
dicio rectitudinis amersant Illa quod
peccatores voluptatem estimant hec
iusti procul dubio penam putant
Abhominacio ergo est anime spes pro-
rum quia inde spiritus deficit ubi
caro requiescit Ut enim caro mol-
libus sic anima duris nutritur Illa
blanda refovent hanc aspera exer-
cent Illa delectationibus pascitur hec
amaritudinibus vegetatur Et sicut
carnem sauciant dura sic spiritum
necant mollia Sicut illam labori-
osa interimunt ita hanc delectalia
extinguunt Spes itaque carna-
lium abhominacio anime dicitur quia inde
in perpetuum spiritus interit unde ad
tempus caro suaviter vivit Sed hec
Sophar recte diceret nisi beatum iob
cuncta largius eciam vivendo pre-
cessisset At perversi sectiorem de vita
monere nituntur doctorem quia se e-
rudire sapiencie magisterio conantur
ipse doctor suorum pondus levigat
qui indiscretione inposita omne
quod loquuntur destituunt quia liquo-
rem scientie pleno vasculo superfundit
sic namque ab indiscretis opes

De multiplicitate terrenarum rerum

scientie sic a stultis sepe corporalis
[illegible] opes possidentur Nonnulli
etenim qui terrenarum multiplicitate
rerum fulciuntur alii multa et
habentibus ferunt ut ipsi hec
cunctis largius habere videantur
Ita perversi cum vera sapiunt recta
eciam eciam rectoribus loquuntur non
ut alios audientes doceant
sed ut ipsi cuncta doctrina polleant
innotescant Preire se quippe cunctos
sapiencia existimant et ideo nil
se cuilibet dicere vile mensurat
sue magnitudinis putant Dic-
turi quilibet sic omnes heretici superba
voce meliores docere non metu-
unt quia omnes se inferiores arbitran-
tur Sed sancta ecclesia elatos quosque
ab estimacionis sue culmine re-
vocat et discretionis manu ad
equalitatis compagem reformat
Unde beatus iob qui eiusdem ecclesie
sancte membrum est videns quod arrogan-
cium mentes per verba prolate erudicionis
intumuit illico respondit dicens Ca xii

v. Ergo vos soli estis homines
et vobiscum orietur sapiencia Quasi
quis se preire rectoribus omnibus existimat
quid est aliud quam solum se esse homines
exultat Et sepe contingit ut
dum mens per tumorem in altum ducitur

in despectu omnium ex sua admira-
cione sublevetur In cogitatione eius
ipsi favores blandiuntur oriuntur
sibi quia de singularitate sapiencie bla-
nditur Ipsa fatuitas pensat e-
a que audierit ac verba que profert ad-
miratur sua et deridet aliena
Qui ergo se solum sapere estimat quid
aliud quam hanc eandem secum o-
ri sapienciam putat Illam quam nunquam
aliis adesse cupit soli sibi hanc
terminis profecto intra tempora sue vite
claudit Pensandum vero est vir sanctus
cuncta discretione utitur ut arrogan-
tem superbientium arrogantiam comprimat
cum protinus adiungit Et michi e- d
cor sicut et vobis nec inferior vestri sum
Quis enim nesciat cunctis beati iob vi-
ta atque sciencia auctorem eius sciam
excedat Sed ut eorum superbiam co-
rrigat esse se inferiorem negat et
ne sue humilitatis limitem transeat
esse se superiorem tacet nec proferendo
se sed conferendo indicat quid de se
hi qui sibi longe sunt impares dis-
cant Dum sponte inflectitur sapi-
ens qui eminet neque se contra vires
erigat sciens quod iacet Amos bre-
mor ad equalitatem sensim [illegible]
cat quia tuere valde est de sin-
gularitate magnitudinis pensat cum

e. sequitur adiungit Quis enim ea que Ca [illegible]
nostis ignorat Ac si aperte dicat
Cum cunctis sint nota que dicitis de
decorum sciencia singulariter cur tu-
met Quia igitur elatorum arrogantiam ad
equalitatis congnicionem revocans
prava correctione redarguit ad
doctrine mire scias cupit sine
ut amici eius primum humiliati
scienter vitat ponderaque tenent
audirent sed Qui deridetur ab amico
suo sicut ego invocabit deum et
exaudiet eum Sepe infirma
mens cum de bonis actibus aura
humani favoris excipitur ad gau-
dia exteriora derivatur ut postponat
quod intus appetit et in hoc libera
resoluta iaceat quod foris audit
ita ut beatum non tam fieri quam dici
gaudeat cumque laudibus sue vo-
cibus inhiat quod esse ceperat re-
linquat Unde ergo a deo disiungitur
unde in deo laudanda videbatur
Nonnunquam vero animus recto opere con-
stanter nititur et tamen humanis irrisi-
onibus urgetur miranda agit et op-
probria recipit et qui exire foris
laudes poterunt repulsus contumeliis

ad semetipsum redit, et eo seipsum intus robustius solidat, quo foris non invenit ubi requiescat. Tota etenim spes in auctore figitur, et inter irrisionum convicia solus interior testis imploratur. Atque afflicti animus fit Deo tanto proximus, quanto a gratia humani favoris alienus. In prece protinus funditur, et pressus exterius ad penetranda que intus sunt mundius liquatur. Bene itaque nunc dicitur: Qui deridetur ab amico suo sicut ego invocabit Deum et exaudiet eum. Quia dum reprobi iustorum mentem exprobrant, ostendunt quem suorum actuum testem querant, que dum compuncta sese in precibus attingit, inde intra se superne exauditioni iungitur, unde ex se ab humana laude separatur. Notandum vero quam provide interponitur: Sicut ego. Quia sunt nonnulli quos et humane irrisiones deprimunt, et tamen divinis auribus exaudibiles non sunt. Nam cum derisio contra culpam nascitur, profecto nulla virtutis meriti in derisione generatur. Baal etenim sacerdotes per clamosis hunc vocibus implorantes derisi ab Helia fuerant, cum dicebat: Clamate voce maiore, deus enim vester forsitan loquitur, aut in diversorio est. Sed horum irrisio ad virtutis usum non fuit, quia per culpe meritum venit. Proinde nunc ergo dicitur: Qui deridetur ab amico suo sicut ego invocabit Deum et exaudiet eum. Quia illum facit humana derisio Deo proximum, quem ab humanis pravitatibus vite innocentia servat alienum. Sequitur: Deridetur enim iusti simplicitas. Huius mundi sapientia est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, que falsa sunt vera ostendere, que vera sunt falsa demonstrare. Hec nimirum prudentia usu a iuvenibus scitur, hec a pueris pretio discitur. Hanc qui sciunt ceteros superbiendo despiciunt, hanc qui nesciunt subiecti et timidi in aliis mirantur. Quia ab eis hec eadem duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Hec sibi obsequentibus precipit honorum culmina querere, adepta temporalis glorie vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quicquid

explere per maliciam non valet, hoc in pacifica bonitate simulare. At contra iustorum sapientia est nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniurie ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hec iustorum simplicitas deridetur, quia ab huius mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur, et quicquid in opere veritas approbat, carnali sapientie fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo quam mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem querere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percucienti alteram maxillam prebere. Unde bene huius mundi dilectoribus ille egregius Dei sapiens dicit: Abhominationes egiptiorum immolabimus Domino Deo nostro. Oves quippe egiptii edere dedignantur, sed quod abhorrent egiptii, hoc israelite Deo offerunt, quia simplicitatem conscientie, quam iniusti quique velut infimam abiectamque despiciunt, hanc iusti in virtutis sacrificium vertunt. Et excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abhominantes reprobi fatuitatem putant. Que nimirum iusti simplicitas ubi ac sufficienter exprimitur, cum protinus subinfertur: Lampas contempta apud cogitationes divitum. Quid hoc loco designatur nomine divitum nisi elatio superborum, qui venturi iudicii respectum non habent, dum superbis apud semetipsos cogitationibus tumescunt. Nam sunt nonnulli quos census pro tumore non elevat, sed per misericordie opera exaltat. Et sunt nonnulli qui dum se terrenis opibus habundare conspiciunt, veras divitias non requirunt, atque eternam patriam non amant, quia hoc sibi sufficere quod rebus temporalibus fulciuntur putant. Non est ergo census in crimine sed affectus. Cuncta enim que Deus condidit bona sunt, sed qui bonis male utitur, profecto agit ut qui per edacitatis ingluviem eo per quem vivere debuit pane moriatur. Paup

Sapientia iustorum

B

Caro

Exo. 8.

Divitie non sunt in crimine sed ... (marginal note)

Luce 16 ad requiem lazarus veniat / sup-
Gen. 18 bus vero dives tormenta teneret. ci-
bat. Sed tamen dives abraham fuerat qui
in sinum lazarum tenebat. Et tamen
auctori suo colloquens dicit. Loquar
ad dominum meum cum sim pulvis et
cinis. Quid itaque iste divitias
suas estimare noverat qui semetip-
sum pulverem et cinerem pensabat. aut quando
hunc res possesse extollerent qui de
se quoque earum possessore tam abiecta
sentiebat. Atque iterum sunt nonnulli quibus
et res terrene non suppetunt et tamen per
fastum tumoris eriguntur. hos et si
ad opulentiorem possessionem minime sustinebit et
tamen morum pertinacia inter reprobos divi-
tes addicit. Quoscumque ergo sequen-
tis vite amor non humiliat. hoc loco
sacer sermo divites appellat. Quia
De amore futuri in iudicio quorum videre non discre-
vite et falsa pat utrum rebus an solis moribus
opinione elige- intumescat. Qui cum vitam simplicium
tur mundi in hoc mundo humilem atque abiectam
conspiciunt. elati protinus despici-
entibus irrident. Nequaquam quippe eius hic
exterius adesse considerant ad quod
ipsi totis conatibus anhelant.
Qui stultorum ergo despiciunt quia scilicet
ea non habent. que ipsi utique vel ha-
bendo vel solum amando moriuntur.
Et quasi mortuos deputant quos
neque secundum vivere carnaliter pe-
sant. Qui enim ab huius mundi appetitu
moritur. a terrenis perfecto mentibus
extinctus omnino estimatur. Quod multum bene
Marc. 9 in marco nostri redemptoris signat cum
ab immundo spiritu hominem liberat. de
quo mirum scriptum est. Et clamans
et multum discerpens eum exiit ab
eo. et factus est sicut mortuus. ita ut
multi dicerent quia mortuus est. Ihesus
autem tenens manum eius elevavit
eum et surrexit. Velut mortuus
